re. Pro modica prebẽda lõga via cur
rit̃: ⁊ pro eterna vita vix a multis pes
ſemel a terra leuat̃. Vile preciuz que
ritur pro vno numiſmate iterduz tur
piter litigat̃: ⁊ pro vana re ⁊ parua ꝓ
miſſione die noctuq3 fatigari non ti
metur. Sed prohdolor pro bono in
commutabili: pro premio ineſtima
bili: pro ſummo honore ⁊ gloria in
terminabili vel ad modicum fatigari
pigritatur. Erubeſce ḡ ſerue piger ⁊
queruloſe ꝙ illi paratiores inueniun
tur ad perditionẽ ꝙ tu ad vitã. Gau
dẽt illi amplius ad vanitatẽ ꝙ tu ad
ṽitatẽ. Equidẽ a ſpe ſua nonuꝙ fru
ſtrãtur: ſ3 promiſſio mea neminẽ fal

lit: nec ꝯfidentem mihi dimittit ina-
nem. Quod promiſſi dabo: quod di-
xi implebo: ſi tñ vſqȝ in finē fidelis in
dilectione mea quis ꝑmanſerit. Ego
remunerator ſuȝ oīum bonoꝝ ⁊ for-
tis probator oīum deuotoꝝ. Scribe
verba mea i corde tuo ⁊ pertracta di-
ligenter: erunt .n. in tpe tentationis
valde neceſſaria. Quod nō intelligiſ
cuȝ legis cognoſces i die viſitationis
Dupliciter ſoles electos meos viſita
re tentatione .ſ. ⁊ cōſolatione: ⁊ duas
lectiones eis quotidie lego: vnā incre
pādo eoꝝ vitia: alterā exhortādo ad
virtutū icremēta. Qui hȝ verba mea
⁊ ſpernit ea: hȝ qui iudicet eum in no
uiſſimo die.

¶ Oratio ad iplo-
randū deuotionis gratiaȝ. Ca. iiij.

Domine deus meus oīa bona
mea tu es. Et quis ego ſum vt
audeaȝ ad te loqui. Ego ſuȝ pauper-
rimus ſeruulus tuus ⁊ abiectus ver-
miculus multo pauperior ⁊ ꝯtempti-
bilior q̄ ſcio ⁊ dicere audeo. Memē-
to tñ dñe q2 nihil ſum nihil habeo ni-
hilqȝ valeo. Tu ſolus bonus iuſtus
⁊ ſanctus: tu oīa potes: oīa p̄ſtas: oīa
imples: ſolū peccatorē inanē relinquēs
Reminiſcere miſerationuȝ tuaꝝ dñe
⁊ imple cor meū gratia tua: q nō vis
vacua eē opera tua. Quō poſſum me
tolerare in hac miſera vita: niſi me cō
fortauerit miſericordia ⁊ gratia tua?
Noli auertere faciē tuā a me: noli vi
ſitationē tuā ꝓlongare noli ꝯſolatio-
neȝ tuā abſtrahere: ne fiat aīa mea ſi-
cut terra ſine aqua tibi. Dñe doce me
facere voluntatē tuā: doce me corā te
digne ⁊ humiliter ꝯuerſari: q2 ſapiē-
tia mea tu es: qui in v̄itate me cogno
ſcis: ⁊ cognouiſti anteq̄ fieret mun-
dus: ⁊ anteq̄ natus eſſeȝ in mundo.

¶ Quod i v̄itate ⁊ humilitate corā
deo ꝯuerſandū eſt. ¶ Capitulū. v.

Fili ambula coraȝ me in veritate:
⁊ ſimplicitate cordis tui q̄re me
ſemper. Qui ambulat corā me in ve-
ritate: tutabit̄ ab incurſibus malis ⁊
veritas liberabit eū a ſeductoribus ⁊
a detractionibus iniquoꝝ. Si v̄itas
te liberauit: vere liber eris ⁊ non cu-
rabis de vanis hoīuȝ v̄bis. Dñe veꝝ
eſt ſicut dicis ita queſo mecū fiat. Ve
ritas tua me doceat: ipſa me cuſtodi-
at ⁊ vſqȝ ad ſalutarē fineȝ me ꝑducat
Ipſa me liberet ab oī affectōne mala
⁊ inordinata dilectōe: ⁊ ambulabo te
cū in magna cordis libertate. Ego te
docebo ait v̄itas que recta ſunt ⁊ pla
cita corā me. Cogita peccata tua cuȝ
diſplicentia magna ⁊ merore: ⁊ nun-
q̄ reputes te aliquid eſſe propter ope
ra bona. Reuera peccator es ⁊ mul-
tis paſſionibus obnoxius ⁊ implica-
tus. Ex te ſemper ad nihil tendis ⁊
cito laberis: cito vinceris: cito turba-
ris: cito diſſolueris. Non habebis
quicq̄ vnde poſſis gloriari: ſed mul-
ta vnde te debes vilificare: quia mul-
to infirmior es q̄ vales comprehen-
dere. Nihil ergo magnuȝ tibi videa-
tur ex omnibus que agis: nihil gran
de nihil precioſuȝ ⁊ admirabile nihil
reputatione appareat dignum: nihil
altum: nihil vere laudabile ⁊ deſide-
rabile: niſi quod eternum eſt. Place-
at tibi ſuper omnia eterna veritas di
ſpliceat tibi ſuper omnia vilitaſ maxi

ma tua. Nihil ſic timeas: nihil ſic vituperes ⁊ fugias ſicut vitia ⁊ peccata tua: que magis diſplicere debēt ꝙ quelibet reruꝫ damna. Quidā nō ſincere coraꝫ me ambulāt ſꝫ quadam curioſitate ⁊ arrogātia ducti volunt ſecreta mea ſcire ⁊ alta deiītelligere: ſe ⁊ ſuaꝫ ſalutē negligentes. Hi ſepe in magnas tentatiōes ⁊ peccata propter ſuaꝫ ſuperbiam: ⁊ curioſitatem me eis aduerſante labuntur. Time iudicia dei expaueſce irā oīpotentis: noli aūt diſcutere opera altiſſimi: ſed tuas iniquitates pſcrutare in quātis deliquiſti ⁊ ꝙ multa bona neglexiſti. Quidā ſolū portāt ſuaꝫ deuotionem in libris ⁊ quidā in imaginibus: quidaꝫ autē in ſignis exterioribus ⁊ figuris quidā habēt me in ore: ſꝫ modicū in corde. Sunt alij qui intellectu illuminati ⁊ affectu purgati ad eterna ſemper anhelant: de terrenis grauiter audiunt neceſſitatibus nature dolenter inſeruiunt: ⁊ hi ſentiunt quid veritatis ſpiritus loquit̄ ī eis qui docet eos terrena dſpicere ⁊ amare celeſtia: mūduꝫ negligere ⁊ celū tota die ac nocte deſiderare.

¶ De mirabili affectu diuini amoris. ¶ Capituluꝫ. vi.

BEnedico te pater celeſtis pater dn̄i mei ieſu xp̄i quia mei pauperis dignatuſ es recordari. O pater miſericordiaꝝ ⁊ deus totius conſolationis: gratias ago tibi qui me indignum oī ꝯſolatione qn̄qꝫ tua recreas ꝯſolatione. Benedico te ſemp ⁊ glorifico cuꝫ vnigenito filio tuo ⁊ ſpiritu ſcō paraclito in ſecula ſeculoꝝ. Eya dn̄e deus amator ſanctꝫ meus cuꝫ tu veneris in cor meū exultabunt oīa interiora mea. Tu es gloria mea ⁊ exultatio cordis mei: tu ſpes mea ⁊ refugiū meū in die tribulationis mee. Sꝫ qꝛ adhuc debilis ſum in amore ⁊ iperfectus in virtute ideo neceſſe habeo a te cōfortari ⁊ conſolari: ꝓpterea viſita me ſepius ⁊ inſtruc diſciplinis ſanctis. Libera me a paſſionibus malis: ⁊ ſana cor meū ab oībus affectiōibus inordinatis ⁊ vitijs vt intus ſanatus ⁊ bn̄ purgatus aptus efficiar ad amādum: fortis ad patienduꝫ: ſtabilis ad perſeuerāduꝫ. Magna res eſt amor: magnū oīno bonuꝫ: quod ſolum leue facit omne oneroſuꝫ: ⁊ fert equaliter omne inequale. Nam onus ſine onere portat: ⁊ omne amarum dulce ac ſapiduꝫ efficit. Amor ieſu nobilis ad magna operanda impellit: ⁊ ad deſiderāda ſemp pfectiora excitat. Amor vult eſſe ſurſuꝫ nec vllis īfimis rebus retineri. Amor vult eē liber ab omni mundana affectione alienuſ: ne internus eiuſ impediatur aſpectus: ne per aliquod comodū temporale implicationes ſuſtineat aut per incomodum ſuccumbat. Nihil dulcius eſt amore: nihil fortius: nihil altius: nihil latius nihil iocundius: nihil plenius: nihil melius in celo ⁊ in terra: quia amor a deo natus eſt: nec poteſt niſi in deo ſuper omnia creata requieſcere. Amās volat currit: letatur liber eſt ⁊ non tenetur dat omnia pro oībus: ⁊ hꝫ oīa in oībus: qꝛ in vno ſummo ſuper oīa quieſcit: ex quo omne bonū fluit ⁊ pcedit. Nō reſpicit ad dona: ſed ad donantē ſe ꝯuertit ſup oīa bona. Amor

moduꝫ ſemper neſcit: ſꝫ ſuper omneꝫ moduꝫ ferueſcit. Amor onus nõ ſentit labores non reputat: plus affectat q̃ valet: de impoſſibilitate non cauſatur quia cuncta ſibi poſſe ꝛ licere arbitratur. Valet igit̃ ad oĩa ꝛ multa implet ꝛ effectui mancipat vbi nõ amãs deficit ꝛ iacet. Amor vigilat ꝛ dormiens nõ dormitat. Fatigatus non laſſatur artatus non artat̃: territus nõ ↄturbatur: ſꝫ ſicut viuax flamma ꝛ ardens facula ſurſuꝫ erumpit ſecureqꝫ pertrãſit ſi quis amat: nouit quid hec vox clamet. Magnus clamor in auribus dei eſt. ipſe ardẽs affectus anime que dicit. Deus meus amor meus: tu totus meus ꝛ ego tuus. Dilata me in amore: vt diſcam interiore cordis ore deguſtare: q̃ ſuaue ſit amare ꝛ ĩ amore liq̃fieri ꝛ natare. Tenear amore vadens ſupra me p̃ nimio feruore ꝛ ſtupore: Cantẽ amoris canticuꝫ ſequar te dilectuꝫ meum in altuꝫ: deficiat in laude tua anima mea iubilãs ex amore. Ameꝫ te plus quaꝫ me: nec me niſi propter te ꝛ oẽs in te qui vere amãt te: ſicut iubet lex amoris lucens ex te. Eſt amor velox: ſincerus pius: iocũdus: ꝛ amenus fortis patiẽs: fidelis prudẽs: longanimis: virilis ꝛ ſeipſuꝫ nunq̃ querẽs. Ubi .n. ſeipſuꝫ aliquis querit ibi ab amore cadit. Eſt amor circũſpectus humilis ꝛ rectus nõ mollis nõ leuis nec vanis intendẽs rebus ſobrius caſtus ſtabilis: quietus: ꝛ in cũctis ſenſibus cuſtoditus. Eſt amor ſubiectus ꝛ obediens prelatis: ſibi vilis ꝛ deſpectus deo deuotus ꝛ gratificus confidens ꝛ ſemper ſperans ĩ eo etiam cum ſibi non ſapit deus: quia ſine dolore non viuit̃ in amore. Qui non eſt paratus omnia pati ꝛ ad voluntatem ſtare dilecti: non eſt dignus amator appellari. Oportet amanteꝫ omnia dura ꝛ amara propter dilectũ libenter amplecti: nec ob cõtraria accidentia ab eo deflecti.

## ¶ De probatione veri amatoris.
## ¶ Capitulum ſeptimum.

Fili non es adhuc fortis ꝛ prudens amator. Quare domine ꝛ quia propter modicam contrarietatem deficis a ceptis: ꝛ nimis auide cõſolationeꝫ queris. Fortis amator ſtat in tentationibus: nec callidis credit perſuaſionibus inimici. Sicut in proſperis ei placeo: ita nec in aduerſis diſpliceo. Prudẽs amator non tam donum amantis conſiderat q̃ dantis amorem. Affectum potius attendit q̃ cenſum: ꝛ infra dilectuꝫ omnia data ponit. Nobilis amator non quieſcit in dono: ſed in me ſuper omne donum. Non eſt ideo totum perditum: ſi quandoqꝫ minus bene de me vel de ſanctis meis ſentis q̃ velles. Affectus ille bonus dulcis quem interdum percipis. affectus gratie preſentis eſt ꝛ quidam preguſtus patrie celeſtis: ſuper quo non nimium innitendum quia vadit ꝛ venit. Certare autem aduerſus incidentes malos animi motus: ſuggeſtionemqꝫ ſpergere diaboli: inſigne eſt virtutis ꝛ magni meriti. Non ergo te conturbent alienie fantaſie de quacum-

que materia ingeſte. Forte ſerua pro
poſitũ ⁊ intẽtionẽ rectaꝫ ad deũ. Nec
eſt illuſio ꝙ aliqñ i exceſſuꝫ ſubito ra
peris ⁊ ſtatiꝫ ad ĩeptias ſolitas cordis
reuerteris. Jllas.n.inuite magis pa
teris ꝙ̃ agis. ⁊ ꝙ̃ diu diſplicẽt ⁊ remi
teris: meritũ ē ⁊ nõ ꝑditio. Scito ꝙ
antiquus inimicus omnino nitit̃ im
pedire deſideriũ tuuꝫ in bono ⁊ ab oĩ
deuoto exercitio euacuare: a ſanctoꝝ
ſ.cultu. a pia paſſionis mee memoria
a peccatoꝝ vtili recordatiõe: a ꝓprij
cordis cuſtodia. ⁊ a firmo ꝓpoſito ꝓ
ficiẽdi in virtute. Multas malas co
gitatiões ingerit vt tediũ tibi faciat ⁊
horrorẽ: vt ab oratiõe reuocet ⁊ ſacra
lectiõe. Diſplicet ſibi humilis ꝯfeſſio
⁊ ſi poſſet: a cõmuniõe ceſſar̃ faceret.
Nõ credas ei neqꝫ cures illũ: licꝫ ſe
pius tibi deceptiõis tetẽderit laqueos
Sibi iputa cũ mala ingerit ⁊ imunda
dictio illi. Uade imũde ſpiritus: eru
beſce miſer: valde imũdus es tu q ta
lia ĩfers auribus meis. Diſcede a me
ſeductor peſſime: nõ hẽbis in me ꝑtẽ
vllaꝫ: ſꝫ ieſus mecũ erit tanꝙ̃ bellator
fortis: ⁊ tu ſtabis ꝯfuſus. Malo po
tius mori ⁊ omnẽ penã ſubire ꝙ̃ tibi
cõſentire. Tace ⁊ obmuteſce: nõ audi
am te amplius: licꝫ mihi plures moli
ris moleſtias. Dñs illumĩatio mea ⁊
ſalus mea: quẽ timebo? Dñs ꝓtector
vite mee: a quo trepidabo? Si ꝯſiſtãt
aduerſũ me caſtra: nõ timebit cor me
um. Dñs adiutor meus: ⁊ redemptor
meus: Certa tanꝙ̃ miles bonus: ⁊ ſi
ĩterdũ ex fragilitate corruis: reſume
vires fortiores ꝑoribus: cõfidens de
ampliori gratia mea: ⁊ multuꝫ preca-
ue a vana cõplacẽtia ⁊ ſuperbia. Pro
pter hoc multi in erroreꝫ ducunt̃ ⁊ in
cecitatẽ pene incurabilem quandoqꝫ
labuntur. Sit tibi in cautelam ⁊ per
petuam humilitateꝫ ruina hec ſuper
borum: de ſe ſtulte preſumentium.

¶ De occultanda gratia ſub humili
tatis cuſtodia. Capitulꝫ. viij.

Fili vtilius eſt tibi ⁊ ſecurius de
uotionis gratiaꝫ abſcondere nec
in altum te efferre nec multuꝫ inde lo
qui neqꝫ multũ ponderare: ſꝫ magis
temetipſuꝫ deſpicere: ⁊ tanꝙ̃ ĩdigno
datam timere. Non eſt huic affectio
ni tenacius inherendum: que citius
poteſt mutari in cõtrarium. Cogita
in gratia ꝙ̃ miſer ⁊ inops eſſe ſoles ſi
ne grã. Nec eſt in eo tm̃ ſpiritualis vi
te profectus cum conſolatiõis habue
ris gratiam ſed cuꝫ humiliter ⁊ abne
gate patienterqꝫ tuleris eius ſubtra
ctionem ita ꝙ tunc ab orationis ſtu
dio nõ torpeas: nec reliqua opera tua
ex vſu faciẽda omnino dilabi permit
tas: ſed ſicut melius potueris ⁊ intel
lexeris: libenter quod in te eſt facias
nec propter ariditatem ſeu anxietateꝫ
mentis quaꝫ ſentis te totaliter negli
gas. Multi enim ſunt: qui cum non
bene eis ſucceſſerit: ſtatim impatien
tes fiunt aut deſides. Non enim ſem
per eſt in poteſtate hominis via eius:
ſꝫ dei eſt dare ⁊ conſolari quãdo vult
⁊ quantuꝫ vult ⁊ cui vult: ſicut ſibi pla
cuerit: ⁊ non amplius. Quidam inca
uti propter deuotionis gratiam ſeip
ſos deſtruxerunt: quidam plus agere
voluerunt ꝙ̃ potuerunt: non penſan
tes ſue paruitatis mẽſuram: ſed ma-

gis cordis affectū ſequentes q̄ ratio
nis iudiciū. Et q2 maiora preſumpſe-
runt q̄ deo placitū fuit: idcirco grati
am cito perdiderunt. Facti ſunt ino-
pes et viles relicti: qui in celuʒ poſue
runt nidū ſibi: vt humiliati et depau-
perati diſcant non in alis ſuis volare
ſʒ ſub pennis meis ſperare. Qui ad-
huc noui ſunt ꝛ imperiti in via dn̄i ni-
ſi ꝯſilio diſcretoruʒ ſe regant: facilius
decipi poſſunt ꝛ elidi. Q̄ ſi ſuuʒ ſen-
tire magis ſequi q̄ alijs exercitatꝭ cre
dere volunt: erit eis periculoſus exi-
tus: ſi tn̄ retrahi a proprio ꝯceptu nō
valuerint. Raro ſibiipſis ſapientes ab
alijs regi humiliter patiunt̄. Melius
eſt modicuʒ ſapere cum humilitate ꝛ
parua intelligentia: q̄ magni ſcientia
rum theſauri: cum vana complacētia
Melius ē tibi minus habere: q̄ mul
tuʒ vnde poſſes ſuperbire. Non ſatis
diſcrete agit qui ſe totuʒ leticie tradit
obliuiſcens priſtine inopie ſue: ꝛ caſti
timoris dn̄i: qui timet gratiā oblataʒ
amittere. Non ēt ſatis virtuoſe ſapit:
qui tpe aduerſitatis ꝛ cuiuſq̄ grauita
tis nimis deſperare ſe gerit ꝛ minus
fidenter de me q̄ oʒ recogitat ac ſen-
tit. Qui tempore pacis nimis ſecurus
eſſe voluerit: ſepe tempore belli nimis
deiectus ꝛ formidoloſus reperietur.
Si ſcires ſemper humilis ꝛ modicus
in te permanere: necnon ſpiritū tuuʒ
bene moderare ac regere: non incide
res tā cito in periculū ꝛ offenſaʒ. Cō
ſiliuʒ bonū eſt: vt feruoris ſpiritu con
cepto mediteris quid futuꝝ ſit abſce-
dente lumine. Quod dum contigerit
recogita ꝛ denuo lucem poſſe reuerti
quaʒ ad cautelam tibi: mihi autē ad
gloriā: ad tempus ſubtraxi. Vtilior ē
eniʒ ſepe talis probatio q̄ ſi ſemper ꝓ
ſpera pro tua haberes voluntate. Nā
merita non ſunt ex hoc eſtimanda ſi-
quis plures viſiones aut conſolatiō-
nes habeat: vel ſi peritus ſit in ſcriptu
ris aut in altiori ponatur gradu: ſed ſi
vera fuerit voluntate fundatus ꝛ diui
na charitate replenus: ſi dei honorem
pure ꝛ integre ſemper querat: ſi ſeip-
ſum nihil reputet ꝛ in veritate deſpi-
ciat atqʒ ab alijs etiaʒ deſpici ꝛ humi
liari magis gaudeat q̄ honorari.

## ¶ De vili eſtimatione ſuiipſius in oculis dei. ¶ Capitulum nonum.

Loquor ad dn̄m meum cum ſim
puluis ꝛ cinis. Si me amplius
reputauero: ecce tu ſtas contra me: ꝛ
dicunt teſtimonium verum iniquita-
tes mee: nec poſſuʒ contradicere. Si
autē me vilificauero ꝛ ad nihilum re
degero ꝛ ab oī ꝓpria reputatione de-
fecero atqʒ ſicut ſum puluerizauero:
erit mihi ꝓpitia gr̄a tua: ꝛ vicina cor
di meo lux tua ꝛ oīs eſtimatio quan-
tulacūqʒ minima in valle nihileitatis
mee. ſubmerget̄ ꝛ peribit ī eternū. Ibi
oſtēdes me mihi qd ſuʒ quid fui: ꝛ de
quo veni: quia nihil: ꝛ neſciui. Si mi
hiipſi relinquor: ecce nihil ꝛ tota infir
mitas. Si autem ſubito me reſpexe-
ris: ſtatim fortis efficior ꝛ nouo reple
or gaudio. Et mirum valde q̄ ſic re-
pente ſubleuor: ꝛ tam benigne a te cō
plector qui proprio pondere ſemper
ad ima feror. Facit hoc amor tuus
gratis preueniens me et in tam mul
tis ſubueniens neceſſitatibus: a gra

uibus quoqꝫ cuſtodiens me periculis ꝛ ab innumeris vt vere dicā eripiēs malis. Me ſiquidē male amādo me perdidi ꝛ te ſolū querendo ꝛ pure amando me ꝛ te pariter inueni: atqꝫ ex amore profundius ad nihiluꝫ me redegi. Quia tu o dulciſſime facis mecuꝫ ſupra meritū omne: ꝛ ſupra id quod audeo ſperare vel rogare. Benedictus ſis deus meus qꝛ lꝫ ego omnibus bonis ſim indignus: tua tñ nobilitas ꝛ infinita bonitas nūq̄ ceſſat bñfacere etiaꝫ ingratis ꝛ longe a te auerſis. Cōuerte nos ad te: vt ſimus grati humiles ꝛ deuoti: quia ſalus noſtra tu es: virtus ꝛ fortitudo noſtra.

¶ Quot oīa ad deuꝫ ſicut ad fineꝫ vltimum ſunt referēda.

¶ Capitulum decimum.

Fili ego debeo eſſe finis tuus ſupremus ꝛ vltimatus ſi vere deſideras eſſe beatus. Ex hac intentione purificabitur affectus tuus ſepius ad ſeipſum ꝛ ad creaturas male incuruatus. Naꝫ ſi teipſuꝫ i aliquo queris. ſtatiꝫ in te deficis ꝛ areſcis. Omnia ḡ ad me principaliter referas: qꝛ ego ſum qui oīa dedi. Sic ſingula cōſidera: ſicut ex ſūmo bono manātia: ꝛ iō ad me tāq̄ ad ſuaꝫ origineꝫ cuncta ſunt reducenda. Ex me puſillus ꝛ magnus pauper ꝛ diues tāq̄ ex fonte viuo aquaꝫ hauriunt viuā: ꝛ qui mihi ſponte ꝛ libere deſeruiunt gratiaꝫ pro gratia accipient. Qui autē extra me voluerit gloriari vel in aliquo priuato bono delectari: nō ſtabilier in vero gaudio neqꝫ in corde ſuo dilatabitur: ſed multipliciter impedictur ꝛ anguſtiabitur. Nihil ergo tibi de bono aſcribere debes nec alicui homini virtutē attribuas: ſꝫ totū da dō: ſine quo nihil hꝫ homo. Ego totuꝫ dedi ego totū rehabere volo: ꝛ cuꝫ magna diſtrictione gratiaꝝ actiones requiro. Hec eſt veritas quā fugat̄ glorie vanitas. Et ſi intrauerit celeſtis gratia: ꝛ vera charitas: nō erit aliqua inuidia: nec contractio cordis. neqꝫ ꝑuatus amor occupabit Vincit .n. omnia diuina charitas: ꝛ dilatat oēs anime vires. Si recte ſapis: in me ſolo gaudebis. in me ſolo ſperabis: qꝛ nemo bonus niſi ſolus deus: qui eſt ſuper omnia laudandus ꝛ in omnibus benedicendus.

¶ Quot ſpreto mundo dulce eſt ſeruire deo. ¶ Capitulum .xi.

Nunc iterum loquor dñe ꝛ non ſilebo: dicaꝫ in auribus dei mei: dñi mei ꝛ regis mei qui eſt in excelſo. O q̄ magna multitudo dulcedinis tue dñe quā abſcondiſti timētibus te. Sꝫ quid es amantibus: quid toto corde tibi ſeruiētibus? Vere ineffabilis dulcedo ꝯtemplationis tue: quā largiris amantibus te. In hoc maxime oſtendiſti dulcedineꝫ charitatis tue: qꝛ cum non eſſem: feciſti me: ꝛ cuꝫ errareꝫ longe a te: reduxiſti me: vt ſeruirem tibi: ꝛ precipiſti vt diligam te. O fons amoris perpetui quid dicam de te quomodo potero tui obliuiſci: qui mei dignatus es recordari? Etiā poſt q̄ contabui ꝛ perij: feciſti vltra oēm ſpem miſericordiam cum ſeruo tuo ꝛ vltra omne meritum gratiam: ꝛ amicitiaꝫ exhibuiſti. Quid retribuaꝫ tibi pro gratia iſta? Non .n. omnibus da

tum eſt vt omnibus abdicatis ſeculo
renuntient monaſticaꝫ vitaꝫ aſſumāt
Nūquid magnū eſt vt tibi ſeruiā cui
omnia creatura ſeruire tenetur? Nō
magnū mihi videri dꝫ ſeruire tibi: ſꝫ
potius hoc mihi magnū ⁊ admiran-
dum apparet: ꝙ tam pauperē ⁊ indi
gnuꝫ dignaris in ſeruū recipere: ⁊ di
lectis ſeruis tuis adunare. Ecce oīa
tua ſunt que habeo ⁊ vnde tibi ſeruio
Verūtn̄ viceuerſa tu magis mihi ſer
uis ꝙ̄ ego tibi. Ecce celuꝫ ⁊ terra que
in miniſterio hoīs creaſti preſto ſunt
⁊ faciunt quotidie quecūqꝫ mādaſti.
Et hoc paꝝ eſt: quin etiaꝫ angelos in
miniſterio hoīs creaſti et ordinaſti.
Tranſcēdit aūt hec oīa qꝛ tuipſe ſer-
uire homini dignatus es ⁊ teipſuꝫ ei
datuꝝ permiſiſti. Quid dabo tibi ꝓ
oībus iſtis milibus bonis? Utinam
poſſeꝫ tibi ſeruire cunctiſ diebus vite
mee: vtinā vel vno die dignū ſeruiti-
uꝫ exhibere ſufficereꝫ. Uere tu es di-
gnus omni ſeruitio: omni honore ⁊
laude eterna. Uere dominus meus
es ⁊ ego pauper ſeruus tuus: qui to-
tiſ viribuſ teneor tibi ſeruire nec vnꝙ̄
in laudibus tuis debeo faſtidire. Sic
volo ſic deſidero ⁊ quicqd mihi deeſt
tu digneris ſupplere. Magnus ho-
ror: magna gloria tibi ſeruire: ⁊ oīa ꝓ
pter te contemnere. Habebunt enim
gratiam magnam qui ſponte ſe ſub-
iecerunt tue ſanctiſſime ſeruituti. In
uenient ſuauiſſimam ſancti ſpiritus
conſolationeꝫ: conſequenter magnaꝫ
cordis libertateꝫ: qui artaꝫ pro nomi-
ne tuo ingrediuntur viaꝫ ⁊ oēm mun
danaꝫ neglexerint curam. O grata et
iocunda dei ſeruitus qua homo vera
citer efficitur liber ⁊ ſanctus. O ſacer
ſtatus religioſi famulatus qui homi-
nem angelis reddit equalem deo pla
cabilem demonibus terribileꝫ ⁊ cun-
ctis fidelibus commendabilem. O
amplectendum ⁊ ſemper optandum
ſeruitium quo ſummum promeretur
bonum ⁊ gaudium acquiritur ſine fi-
ne manſurum.

## ¶ Quot deſideria cordis examinā da ſunt ⁊ moderanda. Capitulū. xij.

Fili oportet te adhuc multa ad-
diſcere que necduꝫ bene didici-
ſti. Que ſunt hec domine? Ut deſide
rium tuum ponas totaliter ſm̄ bene-
placituꝫ meuꝫ: ⁊ tuiipſius amator nō
ſis: ſed mee voluntatis cupidus ama
tor ⁊ emulator. Deſideria te ſepe ac-
cendunt: ⁊ vehementer impellunt:
ſed conſidera an propter honoreꝫ me
um an propter tuum commoduꝫ ma
gis mouearis. Si ego ſum in cauſa:
bene contentus eris quomodocum-
qꝫ ordinauero. Si autem de proprio
queſitu aliquid latet ecce hoc ē quod
te impedit ⁊ grauat. Caue ergo ne ni
mium innitaris ſuper deſiderio pre
concepto me non conſulto ne forte
poſtea peniteat: ⁊ diſpliceat quod pri
mo placuit ⁊ quaſi pro meliore ꝫlaſti
Non. n. oīs affectio que videtur bona
ſtatiꝫ ē ſequenda: ſed nec oīs cōtraria
affectio ad primum fugienda. Expe
dit interdum refrenatione vti etiam
in bonis ſtudijs ⁊ deſiderijs: ne per
importunitatem mentis diſtractionē
incurras: ne alijs per indiſciplina-
tioneꝫ ſcandalum generes: vel etiam

per reſiſtentiam alioꝝ ſubito turbe-
ris ⁊ coronas. Interdū vero oꝫ vio-
lentia vti ⁊ viriliter appetitui ſenſiti-
uo cōtraire: nec aduertere qd velit ca
ro: ⁊ quid nō velit: ſꝫ hoc magis ſata
gere vt ſubiecta ſit etiā nolens ſpiritu
⁊ tam diu caſtigari oꝫ ⁊ cogi ſeruituti
ſubeſſe donec parata ſit ad oīa paucis
q; cōtentari diſcat: ⁊ ſimplicibus de-
lectari: nec cōtra aliquod inconueni-
ens murmurare. ¶ De iformatiōe
patientie ⁊ luctamine aduerſus con-
cupiſcentias. ¶ Capitulum .xiij.

D Omine dn̄e deus vt audio pa
cientia eſt mihi valde neceſſa-
ria: multa eniꝫ i hac vita accidūt con-
traria. Nam qualitercūq; ordinaue-
ro de pace mea nō poteſt eſſe ſine bel
lo ⁊ dolore vita mea. Ita eſt fili. Nō
aūt volo te talē querere pacē que ten-
tatiōibus careat: aut ɔ̄ria nō ſentiat.
ſꝫ tunc etiaꝫ eſtimare te pacem inue-
niſſe: cuꝫ fueris varijs tribulatiōibus
exercitatus ⁊ in multis contrarietati-
bus ꝓbatus. Si dixeris te nō multa
poſſe pati: quomō tūc ſuſtinebis ignē
purgatorij. De duobus malis ſemper
minus maluꝫ eſt eligēduꝫ. Vt ģ eter-
na futura ſupplicia poſſis euader̄ ma
la preſentia ſtudeas pro deo equami-
niter tolerare. An putas ꝙ homines
ſeculi huius nihil aut paruꝫ patiātur?
Nec hoc īuenies etiā ſi dlicatiſſimos
queſieris. Sꝫ hn̄t inquis multas dele
ctatiōes ⁊ ꝓprias ſequūtur voluntatē
ideoq; parū ponderant ſuas tribula-
tiōes. Eſto ꝙ ita ſit vt hēant quicqd
voluerint ſed q̄ꝫ diu putas durabit?
Ecce quēadmoduꝫ fumus deficient
abundantes in ſeculo ⁊ nulla erit re-
cordatio ꝓ̄teritoꝝ gaudioꝝ. Sꝫ cum
adhuc viuunt nō ſine amaritudine ⁊
tedio ac timore in eis quieſcunt. Ex
eadem naq; re vnde dlectationē con
cipiunt ſibi inde doloris penā frequē
ter recipiūt. Iuſte illis fit: q2 inordia
te delectatiōes querūt ⁊ ſequūtur: nō
ſine amaritudine ⁊ cōfuſione eas ex-
pleant. O q̄ꝫ breues: q̄ꝫ falſe: q̄ꝫ inor-
dinate ⁊ turpes omnes ſunt. Verūta
men pre ebrietate ⁊ cecitate nō intelli
gunt: ſꝫ velut muta animalia propter
modicuꝫ corruptibilis vite delectamē
tum morteꝫ aīe incurrūt. Tu ergo fili
poſt ɔcupiſcētias tuas nō eas ⁊ a vo-
lūtate tua auertere. Delectare in dn̄o
⁊ dabit tibi petitiōes cordis tui. Et n
ſi veraciter vis delectari ⁊ abundāti-
us a me cōſolari ecce in contēptu om-
nium mondanoꝝ ⁊ in abſciſione oī
um īfirmarꝫ delectationū erit bene-
dictio tua ⁊ copioſa reddetur tibi ɔſo
latio. Et qn̄ plus te ab omni creatura
rū ſolatio ſubtraxeris tanto i me ſua-
uiores ⁊ potentiores ɔſolationes in-
uenies. Sꝫ primo non ſine quadā tri
ſticia ⁊ labore certaminis ad has per
tinges. Obſiſtet inolita ɔſuetudo ſed
meliori cōſuetudine deuincetur. Re-
murmurabit caro ſꝫ feruore ſpiritus
refrenabitur. Inſtigabit te ⁊ exacer-
babit ſerpens antiquus: ſed oratione
fugabitur īſuper ⁊ labore vtili aditus
ei magnus obſtruetur.

¶ De obedientia humilis ſubditi
ad exemplum ieſu chriſti.
¶ Capitulum .xiiij.

F Ili qui ſe ſubtrahere nitit̄ ab obe

dientia ipſe ſe ſubtrahit a gratia. Et qui querit hẽre priuata: amittit cõmunia. Qui non libenter ⁊ ſponte ſua ſuperiori ſe ſubdit: ſignũ eſt quod caro ſua necdũ perfecte ſibi obedit ſꝫ ſepe recalcitrat ⁊ murmurat. Diſce ergo celeriter ſuperiori tuo te ſubmittere ſi carnẽ ꝓpriam optas ſubiugare. Citius nã qꝫ exterius vincit̃ inimicus ſi interior homo nõ fuerit deuaſtatus. Non eſt moleſtior ⁊ peior anime hoſtis q̃ tu ipſe tibi non bene concordans ſpiritu Oꝫ eniꝫ verum te aſſumere tui ipſius contẽptũ ſi vis preualere aduerſus carneꝫ: ⁊ ſanguinẽ: q2 adhuc nimis inordinate te diligis: ideo plene te reſignare alioꝝ voluntati trepidas. Sed qd magnuꝫ tu qui puluis es: ⁊ nihil ſi ꝓpter deuꝫ te ſubdis homini: qñ ego oĩpotens ⁊ altiſſimus qui cuncta creaui ex nihilo me homini ꝓpter te ſubieci humiliter. Factus ſuꝫ omniuꝫ humillimus ⁊ infimus vt tuam ſuperbiam mea humilitate vinceres. Diſce obtẽperare puluis: diſce te humiliare terra ⁊ limus ⁊ ſub omniũ pedibus incuruare: diſce volũtates tuas frangere ⁊ ad omniuꝫ ſubiectionẽ te dare. Exardeſce contra te: nec patiaris tumoreꝫ in te viuere ſꝫ ita ſubiectuꝫ ⁊ paruulũ te exhibe vt omnes ſuper te ambulare poſſint ⁊ ſicut lutuꝫ platearũ cõculcare Quid habes homo inanis cõqueri? Quid ſordide peccator potes ꝯtradicere exprobantibus tibi qui totiens deum offendiſti: ⁊ totiens infernũ meruiſti? Sꝫ pepercit tibi oculus meus q2 precioſa fuit anima tua in cõſpectu meo: vt cognoſceres dilectionẽ meaꝫ ⁊ gratus ſemper beneficijs meis exiſteres: ⁊ ad verã ſubiectionẽ ⁊ humilitatem te iugiter dares: patienterq3 ꝓprium contemptum ferres.

¶ De occultis dei iudicijs ꝯſiderãdis ne extollamur i bonis. ¶ Ca. xv.

Intonas ſup me iudicia tua dñe: ⁊ timore ac tremore cunctis omnia oſſa mea: ⁊ expaueſcit aĩa mea valde. Sto attonitus ⁊ conſidero q2 celi nõ ſunt mundi in cõſpectu tuo. Si in angelis reperiſti puritateꝫ nec tamen pepercisti: quid fiet de me? Ceciderũt ſtelle de celo: ⁊ ego puluis quid p̃ſumo? Quoꝝ opera videbãtur laudabilia ceciderũt ad infima: ⁊ qui comedebant paneꝫ angeloruꝫ: vidi ſiliquis delectari porcoruꝫ. Nulla eſt ergo ſanctitas: ſi manũ tuaꝫ dñe retrahas. Nulla ſapiẽtia prodeſt ſi gubernare deſiſtas Nulla iuuat fortitudo: ſi ꝯſeruare deſinas. Nulla ſecura caſtitas: ſi eaꝫ nõ protegas. Nulla propria prodeſt cuſtodia: ſi nõ adſit tua ſacra vigilantia Naꝫ relicti mergimur ⁊ perimus viſitati vero viuimus ⁊ erigimur. Inſtabiles quippe ſumus: ſed per te confirmamur tepeſcimus: ſꝫ a te accendimur O q̃ humiliter ⁊ abiecte mihi de me ipſo ſentiẽduꝫ eſt: q̃ nihil pendendũ ſi quid boni videor habere. O q̃ profunde me ſubmittere debeo ſub abyſſalibus iudicijs tuis dñe vbi nihil aliud me eſſe inuenio q̃ nihil ⁊ nihil. O pondus immenſuꝫ: o pelagus intranſnatabile vbi nihil de me reperio q̃ in toto nihil. Ubi ẽ ergo latebra glie vbi ꝯfidẽtia de gloria concepta. Abſorta oĩs gloria vana in profunditate iudicioꝝ

tuorum ſuper me. Quid eſt omnis caro in cõſpectu tuo? Nunquid gloriabitur lutũ cõtra formantẽ ſe? Quõ poteſt erigi vaniloquio: cuius cor in veritate ſubiectũ eſt deo? Non eum totus mundus erigeret quẽ ſibi ſubiecit veritas nec omniũ laudantiũ ore mouebit̃: qui totã ſpẽ ſuã i deo firmauit. Nã ⁊ ipſi qui loquuntur ecce oẽs nihil ⁊ deficient cũ ſonitu verborũ. Veritas autẽ dñi manet i eternũ.

¶ Qualiter ſtandũ ſit ac dicẽdũ in omni re deſiderabili. ¶ Capi. xvi.

Fili ſic dicas in omni re. Dñe ſi tibi placitũ fuerit fiat hoc ita. Domine ſi ſit honor tuus fiat in nomine tuo hoc. Dñe ſi mihi videris expedire ⁊ vtile eſſe probaueris: tunc da mihi hoc vti ad honorẽ tuũ: ſed ſi mihi nociuũ fore cognoueris nec aĩe mee ſaluti prodeſſe aufer a me tale deſideriũ. Non.n. omne deſideriũ a ſpiritu ſancto ẽ etiã ſi homini videat̃ rectũ aut bonum. Difficile eſt pro vero iudicare an ſpiritus bonus aut alienus te impellat ad deſiderandũ hoc vel illud an ẽt ex propria mouearis ſpiritu Multi in fine ſunt decepti qui primo bono ſpiritu videbant̃ inducti. Igit̃ ſemper cũ timore dei ⁊ cordis humilitate deſiderandũ eſt ⁊ petẽdũ quicquid deſiderabile menti occurrit maximeq; cũ propria reſignatione mihi totũ cõmittẽdũ ẽ atq; dicendũ. Dñe tu ſcis qualiter melius eſt fac hoc vel illud ſicut volueris. Da qđ vis ⁊ quãtum vis ⁊ quãdo vis. Fac mecũ ſicut ſcis ⁊ ſicut tibi magis placuerit ⁊ maior honor tuus fuerit. Pone me vbi vis ⁊ libere age mecum in oĩbus. In manu tua ego ſum gyra ⁊ reuerſa me ꝑ circuitũ. En ego ſeruus tuus paratuſ ad omnia quoniam non deſidero mihi viuere ſ; tibi vtinã digne ⁊ ꝑfecte.

¶ Oratio pro beneplacito dei perficiendo. ¶ Capitulum. xvij.

Concede mihi benigniſſime ieſu gratiã tuã vt mecũ ſit ⁊ mecũ laboret mec ñq; vſq; in finẽ perſeueret. Da mihi ſemp deſiderare ⁊ velle quod tibi magis acceptũ ⁊ carius placet. Tua volũtas mea ſit ⁊ mea voluntas tuam ſequatur ſemp ⁊ optime ei cõcordet. Sit mihi vnũ velle ⁊ nolle tecũ nec aliud poſſe velle aut nolle niſi quod vis ⁊ nolis. Da mihi omnibus mori que i mũdo ſunt ⁊ propter te amare contẽni ⁊ neſciri in hoc ſeculo. Da mihi ſuper omnia deſiderata in te quieſcere ⁊ cor meũ in te pacificare. Tu vera pax cordis: tu ſola requies extra te omnia ſunt dura ⁊ inquieta. In hac pace ĩidipſum hoc eſt in te vno ſummo ⁊ eterno bono dormiã ⁊ requieſcam. Amen.

¶ Quot verum ſolatiũ in ſolo deo eſt querẽdũ. ¶ Capitulum. xviij.

Quicqđ deſiderare vl' cogitare poſſũ ad ſolatiũ meũ nõ hic expecto ſ; i poſterũ: q2 ſi oĩa ſolatia mũdi ſolus hẽrẽ ⁊ oĩbus delitijs frui poſſem certũ eſt q2 diu durare nõ poſſent Vñ nõ poteris aĩa mea plene ꝯſolari nec ꝑfecte recreari niſi i deo cõſolatore pauperũ ⁊ ſuſceptore humilium. Expecta mõicũ aĩa mea expecta diuinũ ꝓmiſſũ ⁊ hẽbis abũdãtiã oĩũ bonorũ in celo. Si nimis iordinate iſta

appetis preſentia perdes eterna ⁊ ce-
leſtia. Sint tẽporalia i vſu eterna i deſi-
derio. Nõ potes aliquo bono tẽpora-
li ſatiari q2 ad hec fruendo nõ es crea
ta. Etiã ſi oia bona creata hẽres non
poſſes eẽ felix ⁊ beata ſ; i deo q cũcta
creauit tua btitudo tua ⁊ felicitas con
ſiſtit nõ qualis videt᷑ ⁊ laudatur a ſtul
tis mũdi amatoribus ſ; qualẽ expe-
ctãt boni xp̃i fideles ⁊ p̃guſtãt iterdũ
ſpũales ac mũdi corde quoꝝ cõuer-
ſatio eſt in celis. Vanũ ẽ ⁊ breue om-
ne humanũ ſolatiũ. Beatũ ⁊ verum
ſolatiũ qd̃ intus a veritate pcipitur.
Deuotus homo vbiq; ſecũ fert cõſo
latorẽ ſuũ ieſũ ⁊ dicit ad eũ. Adeſto
mihi dñe ieſu in omni loco ⁊ tempore.
Hec mihi ſit cõſolatio libẽter velle ca-
rere omni humano ſolatio. Et ſi tua
defuerit cõſolatio ſit mihi tua volun-
tas ⁊ iuſta pbatio pro ſummo ſolatio
Non enim in perpetuum iraſceris
neq; in eternum cõminaberis.

¶ Quod omnis ſollicitudo in deo
ponenda eſt. ¶ Capitulum. xix.

Fili ſine me tecũ agere quod volo
ego ſcio quid expediat tibi. Tu
cogitas vt homo i multis ſentis ſicut
tibi humanus ſuadet affectus. Dñe
verũ eſt quod dicis. Maior eſt ſolici
tudo tua p me q̃ omnis cura q̃ ego
poſſũ gerere pro me. Nimis eniz ca
ſualiter ſtat qui nõ piicit omnẽ ſollici
tudinẽ ſuam in te. Dñe dũmodo vo-
lũtas mea recta ⁊ firma ad te pmane
at fac de me quicquid tibi placuerit.
Nõ. n. põt eſſe niſi bonũ quicquid de
me feceris. Si me vis eſſe in tenebris
ſis bñdictus ⁊ ſi me vis eſſe in luce ſis
iterum benedictus. Si me dignaris
cõſolari ſis benedictus ⁊ ſi me vis tri
bulari eque ſis ſemp benedictus. Fili
ſic oꝫ te ſtare ſi mecũ deſideras mecũ
ambulare. Ita pmptus ẽbes ẽe ad pa
tiendũ ſicut ad gaudendũ. Ita libent᷑
debes eſſe inops ⁊ paup ſicut plenus
⁊ diues. Dñe libẽter patiar p te quic
qd volueris venire ſuper me. Indif-
ferẽter volo de manu tua bonũ ⁊ ma-
lũ dulce ⁊ amarũ letũ triſte ſuſcipere
⁊ pro oibus mihi cõtingentibus grãs
agere. Cuſtodi me ab omni peccato
⁊ nõ timebo mortẽ nec infernum dũ-
modo in eternũ me nõ proiicias nec
deleas me de libro vite nõ mihi noce-
bit qcqd venerit tribulatiõis ſup me.

¶ Quod temporales miſerie chriſti
exemplo equanimit᷑ ſunt ferẽde.
¶ Capitulum. xx.

Fili ego deſcendi de celo pro tua
ſalute ſuſcepi tuas miſerias nõ
neceſſitate ſ; caritate trahente vt pati
entiam diſceres ⁊ tẽporales miſerias
nõ idignãt᷑ ferres. Nã ab hora ortus
mei vſq; ad exitum in cruce nõ defuit
mihi tolerantia doloris defectus reꝝ
temporalium magnum habui multas
querimonias de me frequenter audi
ui confuſiones ⁊ opprobria benigne
ſuſtinui pro beneficiis ingratitudinẽ
recepi pro miraculis blaſphemias, p
doctrina reprehenſiones. Domine
quia fuiſti paciens in vita tua in hoc
maxime iplendo pceptũ patris tui di
gnũ eſt vt ego miſellus pcõr b; volũ
tatẽ tuã patiẽter me ſuſtineã ⁊ donec
ipe volueris onus corruptibilis vite
pro ſalute mea portẽ. Nã ⁊ ſi oneroſa

ſentitur preſens vita facta eſt tñ iaȝ ꝑ
gratiaȝ tuā valde meritoria atq; exē-
plo tuo ⁊ ſanctoꝝ tuoꝝ veſtigijs infir
mis tolerabilior ⁊ clarior ſed ⁊ multo
magis ꝯſolatoria: q̄ꝫ olim in lege vete
ri fuerat cū porta celi clauſa ꝑſiſteret
⁊ obſcurior ēēt via videbat̄ qñ taȝ pau
ci regnū celoꝝ querere curabāt ſȝ nec
q̄ȝ qui tūc iuſti erāt ⁊ ſaluādi ante paſ
ſionē tuā ⁊ ſacre mortis debituȝ cele-
ſte regnū poterāt introire. O quātas
tibi gratias teneor referre qꝫ rectaȝ ⁊
bonā viā dignatus es mihi ⁊ cunctis
fidelibus ad eternū regnū tuū oſten-
dere. Nā vita tua via nr̄a ⁊ ꝑ ſanctaȝ
patientiā ambulamus ad te q̄ es coro
na noſtra. Niſi tu nos preceſſiſſes ⁊
docuiſſes quis ſeq curaret. Heu quā-
ti longe retroq; manerēt niſi tua pre-
clara exēpla inſpicerent. Ecce adhuc
tepeſcimus auditis tot ſignis tuis et
doctrinis quid fieret ſi tantū lumē ad
ſequendum te non haberemus?

¶ De tolerantia iniuriaꝝ ⁊ quis ve
rus patiens probetur. ¶ Capi. xxi.

Quid eſt qd̄ loqueris fili. Ceſſa
ꝯqueri. Cōſidera meā ⁊ alioꝝ
ſanctoꝝ paſſionem. Nondū vſq; ad
ſanguinē reſtitiſti. Paꝝ eſt qd̄ tu pate
ris in cōparatione eoꝝ qui taȝ multa
paſſi ſunt taȝ fortiter tentati taȝ graui
ter tribulati taȝ multipliciter ꝓbati et
exercitati. Oꝫ te igitur alioꝝ grauiora
ad mentē reducere vt leuiuſ feras tua
minima. Et ſi tibi minima non viden
tur vide ne ⁊ hoc tua faciat impatien-
tia. Siue tñ parua ſiue magna ſint ſtu
de cuncta patiēter ferre. Quanto me
lius te ad patiendū diſponis tanto ſa
pientius agis: ⁊ ampliuſ promereris
⁊ feres leuius aīo ⁊ vſu ad hoc nō ſe-
gniter paratis. Nec dicaȝ non valeo
hoc ab hoīe tali pati nec huiuſcemo-
di mihi patienda ſunt graue. n. intulit
dānū ⁊ improperat mihi que nūq̄ꝫ co
gitauerā ſȝ ab alio libenter patiar ⁊ ſi
cut patienda videro. Inſipiens eſt ta
lis cogitatio que virtutē patientie nō
ꝯſiderat nec a quo coronanda erit: ſȝ
magis perſonas ⁊ offenſas ſibi illataſ
perpēdit. Non eſt verus patiens qui
nō vult pati niſi quantū ſibi viſuȝ fue-
rit ⁊ a quo ſibi placuerit. Verus autē
patiens nō attēdit a quo hoīe vtrum
a prelato ſuo an ab aliquo equali aut
inferiori vtrum a bono ⁊ ſancto viro
vel a peruerſo ⁊ indigno exerceat̄ ſed
indifferenter ab oī creatura quātum
cūq; ⁊ quotienſcūq; ei aliquid aduer
ſi acciderit totū hoc gratāter d̄ manu
dei accipit ⁊ ingēs lucꝝ reputat q2 ni-
hil apud deū quātumlibet paruū pro
deo tñ paſſuȝ poterit ſine merito tran
ſire. Eſto igit̄ expeditus ad pugnā ſi
vis hr̄e victoriā. Sine certamine non
poteris venire ad patiētie coronā. Si
pati nō vis recuſas coronari: ſi aūt co
ronari deſideras certa viriliter ſuſti-
ne patienter. Sine labore nō tēditur
ad requiē nec ſine pugna peruenit̄ ad
victoriā. Fac mihi dn̄e poſſibile per
gratiaȝ qd̄ mihi impoſſibile videt̄ per
naturā. Tu ſcis qꝫ modicū poſſuȝ pa
ti ⁊ qꝫ cito deijcior leui exurgente ad-
uerſitate. Efficiat̄ mihi quelibȝ exer-
citatō tribulationis ꝓ noīe tuo amabi
lis ⁊ optabilis nam pati ⁊ vexari pro
te valde ſalubre eſt anime mee.

¶ De confeſſione proprie infirmitatis et huius vite miſerijs. Ca. xxij.

Confiteor aduerſuz me iuſtitiā meā cōfitebor tibi dñe īfirmitatē meā. Sepe parua res eſt que me deijcit et cōtriſtat. Propono me fortiter acturū ſz cū modica tentatio venerit magna mihi fit anguſtia. Ualde vilis qñqz res ē vnde grauis tentatio puenit et duz puto me aliquātulū tutuz cū nō ſentio īuenio me nōnunq̄ȝ pene deuictū ex leui flatu. Uide ergo dñe humilitatē meā et fragilitatē tibi vndiqz notaz. Miſerere mei et eripe me de luto vt nō infigar nō pmaneaz deuictus vſqzquaqz. Hoc ē quod me frequēter reuerberat et corā te cōfundit q̄ taz labilis ſuz et īfirmus ad reſiſtēduz paſſiōibus. Et ſi nō omnis ad cōſenſionez trahit tñ mihi ēt moleſta et grauis ē eorȝ īſectatio et tedet valde ſic quotidie viuere tñ lite. ¶ Ex hic nota fit mihi īfirmitas mea qr multo facilius irruūt abhomināde ſemper fātaſie q̄ diſcedūt. Utinaz fortiſſime deus iſrael celator aīarū fideliū reſpicias ſui tui laborē et dolorē aſſiſtaſqz illi ī oībus ad quecūqz perrexerit. Robora me celeſti fortitudine neqz vetus hō miſera caro ſpiritui necdū plene ſubiecta valeat dominari aduerſus quā certare oportebit q̄diu ſpiratur in hac vita miſerrima. Heu qlis ē hec vita vbi nō deſūt tribulationes et miſerie. vbi plena laqīs et hoſtibus ſūt oīa Naz vna tribulatiōe ſeu tētatione recedēte alia accedit ſz adhuc priori durāte cōflictu alij plures puenūt et inſperate Et quō poteſt amari vita habēs tātas amaritudines et tot ſubiecta calamitatibus miſerijs? Quo modo ēt dr vita tot generās mortes et peſtes: et tamē amatur et delectari in ea a multis querit̄? Reprehendit̄ frequēter mūdus q̄ fallax ſit et vanus: nec tñ facile relinquit̄ cū cōcupiſcētie carnis dñant̄. Sz alia trahūt ad amādū: alia ad cōtēnēdū. Trahūt ad amorem mūdi deſideriū carnis deſideriū oculoȝ: et ſupbia vite: ſz pene ac miſerie ſequētes ea odiū mūdi pariunt et tediuz. Sz vincit phdolor delectatio praua mentē mūdo deditā: et eſſe ſub ſenſibus delitias reputat: qr dei ſuauitatē et internā virtutis amenitatē nec vidit nec guſtauit. Qui aūt mundū pfecte cōtēnunt et deo viuere ſub ſcā diſciplina ſtudēt: iſti diuinā dulcedinez veris abrenunciatoribus promiſſam non ignorant: et q̄ grauiter mundus errat et varie fallitur vident.

¶ Quod in deo ſuper oīa bona et dona requieſcendum eſt. ¶ Ca. xxiij.

Super oīa et in oībus requieſce aīa mea, ī dño ſemp qr ipe ē ſanctoȝ eterna requies. Da mihi dulciſſime et amātiſſime ieſu in te ſup oēm creaturā requieſcere ſuper oēz ſalutē et pulchritudinē: ſup oēz gloriā et honorē ſuper oēz potentiā et dignitatē ſuper oēz ſcientiā et ſubtilitatē: ſup oēs diuitias et artes: ſup oēm leticiā et exultationē ſup oēz famā et laudē: ſuper oēm ſuauitatē et cōſolationē: ſuper oēz ſpē et promiſſionē ſuper omne meritū et deſideriū: ſuper omnia dona et munera que potes dare et infundere: ſuper omne gaudiū: et iubilationez quā

poteſt mens capere ⁊ ſentire. Deniq;
ſuper omẽs angelos ⁊ archãgelos: ⁊
ſup oẽ exercitũ celi ſup oĩa viſibilia ⁊
inuiſibilia: ⁊ ſup oẽ qđ tu đs meus nõ
es: q2 tu đs meus ſup oĩa optimus es
tu ſolus altiſſimus tu ſolus potẽtiſſi-
mus. tu ſolus ſufficiẽtiſſimus ⁊ pleniſ
ſimus. tu ſolus ſuauiſſimus ⁊ ſolatõſiſ
ſimus. tu ſolus pulcherrimus ⁊ amã
tiſſimus tu ſolus nobiliſſimus ⁊ glorio
ſiſſimus ſuper omnia: in quo cuncta
bona ſimul pfecte ſunt fuerũt ⁊ erũt.
atq; ideo minus eſt ⁊ inſufficiẽs qc-
quid preter teipſuz mihi donas: vt de
teipſo reuelas: vel pmittis te nõ viſo
nec plene adepto. Qñ quidez nõ põt
cor meuz veraciter requieſcere nec to
taliter cõtentari niſi in te requieſcat:
⁊ oĩa dona omnẽq; creaturã trãſcen
dat. O mi dilectiſſime ſpõſe ieſu xp̃e
amator puriſſime dominator vniuer
ſe creature quis mihi det penas vere
libertatis ad volãduz ⁊ pauſandũ in
te? O qñ ad plenum dabitur vacare
mihi ⁊ videre ꝙ ſuauis es dñe deus
meus. Qñ ad plenũ recolligaz me in
te: vt pre amore tuo nõ ſentiã me: ſed
te ſolum ſuper omnez ſenſuz ⁊ modũ
in modo nõ oĩbus noto? Nunc autẽ
frequẽter gemo ⁊ ĩfelicitatez meã cuz
dolore porto: q2 multa mala ĩ hac val
le miſeriarũ occurrũt que me ſepius
cõturbãt cõtriſtant ⁊ obnubilãt: ſepi
us ĩpediũt ⁊ diſtrahunt alliciũt ⁊ im
plicat ne liberuz habeam acceſſuz ad
te iocundis fruar amplexibus preſto
ſemper beatis ſpiritibus. Moueat te
ſuſpiriuz meuz: ⁊ deſolatio multiplex
in terra O ieſu ſplẽdor eterne glorie
ſolamen pegrinantis anime: apud te
eſt os meuz ſine voce: ⁊ ſilentiũ meuz
loquitur tibi. Vſq; quo tardat venirẽ
dñs meus. Veniat ad me paupculũ
ſuũ ⁊ letũ faciat. Mittat manuz ſuã
⁊ me miſeruz eripiat de omni angu-
ſtia. Veni veni q2 ſine te nulla erit q
eta dies aut hora: q2 tu leticia mea:
⁊ ſine te vacua ẽ menſa mea. Miſer
ſum ⁊ quodammodo incarceratus ⁊
cõpedibus grauatus donec luce pre-
ſentie tue me reficias ac libertati do-
nes: vultũq; amicabilẽ demonſtres.
Querãt alij pro te aliud quodcũq; li
buerit: ⁊ mihi aliud interim nil placet
nec placebit niſi tu deus meus: ſpes
mea: ſalus eterna. Non reticebo nec
đprecari ceſſabo donec gratia tua re-
uertatᷣ: mihiq; tu intus loquaris. Ec
ce adſum. Ecce ego ad te q2 inocaſti
me: lachrime tue ⁊ đſiderium aĩe tue
humiliatio tua ⁊ cõtritio cordis incli
nauerũt me ⁊ adduxerũt ad te. Et di
xi dñe inocaui te ⁊ đſideraui frui te.
patus oĩa reſpuere ppter te. Tu eniz
prior excitaſti me vt quererẽ te. Sis
ergo bñdictus dñe: q feciſti hãc boni
tatẽ cũ ſuo tuo ſm multitudinẽ miſi-
cordie tue. Quid hƺ vltra dicere dñe
ſuus tuus corã te niſi vt humiliter ſe
valde añ te memor ſemp proprie iniq
tatis ⁊ vilitatis? Nõ. n. eſt ſimilis tui
ĩ cũctis mirabilibus celi ⁊ terre. Sũt
opera tua bona valde dñe: iudicia ve
ra ⁊ prouidentia tua regunt vniuer-
ſa. Laus ergo tibi ⁊ gloria o patris ſa
pientia te laudet ⁊ benedicat os meũ
aĩa mea ⁊ cuncta creata ſimul.

¶ De recordatione beneficiorũ dei

A multiplicium. ¶ Capi. xxiiij.

Aperi dñe cor meũ in lege tua: ⁊ in preceptis tuis doce me ambulare. Da mihi intelligere voluntatẽ tuã: ⁊ cuȝ magna reuerentia ac diligenti cõſideratione beneficia tua tã ĩ generali ꝙ̃ in ſpeciali memorari: vt digne tibi ex hinc valeã gratias referre. Verũ ſcio ⁊ cõfiteor nec pro minimo pũcto me poſſe debitas gratiarũ laudes perſoluere. Minor ego ſuȝ omnibus bonis mihi preſtitis: ⁊ cum tuã nobilitatẽ attẽdo: deficit pre magnitudine illius ſpiritus meus. Oĩa que in aĩa habemus ⁊ in corpore ⁊ quecũqȝ exterius vel interius naturaliter vel ſupernaturaliter poſſidemus: tua ſunt beneficia: et te beneficiũ piũ ac bonũ cõmẽdãt: a quo bona cuncta accepimus. Et ſi alius plura: alius pauciora accepit: oĩa tamẽ tua ſunt: ⁊ ſine te nec minimuȝ haberi poteſt. Ille qui maiora accepit non poteſt merito ſuo gloriari nec ſuper alios extolli nec minori ĩſultare: qꝛ ille maior ⁊ melior q ſibi minus aſcribit ⁊ ĩ regratiãdo humilior ẽ atqȝ deuotior. Et qui oĩbus viliorẽ ſe exiſtimat ⁊ indigniorẽ ſe iudicat: aptior ẽ ad percipiẽdũ maiora. Qui autẽ pauciora accepit contriſtari nõ dȝ: nec indignãter ferre neqȝ ditiori inuidere: ſȝ te potius attẽdere: ⁊ tuã bonitatẽ maxime laudare: ꝙ̃ tam affluenter tã gratis tã libenter ſine ꝑſonarũ acceptione tua munera largiris. Oĩa ex te ⁊ ideo ĩ oĩbus es laudãdus. Tu ſcis quid vnicuiqȝ donari expediat: ⁊ cur iſte minus ⁊ ille amplius habeat: nõ noſtruȝ ſed tuuȝ eſt hoc diſcernere: apud quẽ ſinguloꝝ diffinita ſunt merita. Unde dñe deus ꝓ magno etiã reputo beneficio nõ multa habere: vnde exterius ⁊ ſm homines laus ⁊ gloria appareat: ita vt qs cõſiderata paupertate ⁊ vilitate ꝑſone ſue nõ modo grauitatẽ aut triſtitiam vel deiectionẽ inde cõcipiat: ſȝ potius cõſolationẽ ⁊ hilaritatẽ magnã: qꝛ tu deus pauperes ⁊ humiles: atqȝ huic mundo deſpectos tibi elegiſti in familiares ⁊ domeſticos. Teſtes ſũt ipſi apoſtoli quos principes ſup oẽm terrã conſtituiſti: fuerunt tamen ſine querela conuerſati in mundo: taȝ humiles ⁊ ſimplices ſine omni malicia et dolo: vt ẽt pati cõtumelias gauderent pro noĩe tuo et que mundus abhorret ipſi amplecterent affectu magno. Nihil ergo amatorẽ tuum et cognitorẽ beneficioꝝ tuoꝝ ita letificare dȝ ſicut volũtas tua ĩ eo et beneplacituȝ eterne diſpoſitiõis tue: de qua tm̃ ɔtẽtari dȝ et cõſolari: vt ita libẽter velit eẽ minimus: ſicut aliquis optaret eẽ maximus: et ita pacificus et cõtentus ĩ nouiſſimo ſicut in loco primo: atqȝ ita libẽter deſpicabilis et abiectus nullius quoqȝ nominis et fame: ſicut ceteris honorabilior et maior in mundo. Nã volũtas tua et amor honoris tui oĩa excedere dȝ et plus cuȝ conſolari magiſqȝ placere ꝙ̃ omnia beneficia ſibi data vel danda.

¶ De quattuor magnam importantibus pacem. ¶ Capitulum. xxv.

Fili nunc docebo te viaȝ pacis et vere libertatis. Fac domine qd dicis: qꝛ hoc mihi grat[illegible] eſt audire.

Stude fili alterius potius facere vo-
luntatem q̄ tuam. Elige ſemper mi-
nus q̄ plus habere. Quere ſemper
inferiorem locū ⁊ omnibus ſubeſſe.
Obta ſemper ⁊ ora. vt voluntas dei
integre in te fiat: Ecce talis homo in
greditur fines pacis ⁊ quietis. Dñe
ſermo tuus iſte breuis multū in ſe cō
tinet pfectionis: paruus eſt dictu. ſed
plenus ſenſu ⁊ vber in fructu. Nam
ſi poſſet a me fideliter cuſtodiri. non
deberet tā facilis ī me turbatio oriri:
nā quotiēs me ipacatū ſentio ⁊ gra-
uatū ab hac doctrina me receſſiſſe i
uenio. Sz tu q oīa potes ⁊ anime p
fectū ſemp diligis: adauge maiorem
gratiā vt poſſī tuū cōplere ſermoné
⁊ meam perficere ſalutē.

¶ Oratio cōtra cogitatōnes malas
¶ Capitulum vigeſimumſextum.

D Omīe deus meus ne elōgeris
a me. deus meus in auxiliū me
ū reſpice. quoniā īſurrexerūt in me
cogitationes vane: ⁊ timores magni
affligentes aīā meā. Quō pertran-
ſibo illeſus: quō perfringā eā? Ego
inquit ante te ibo ⁊ glorioſos terre hu
miliabo aperiā ianuā carceris: ⁊ ar-
chana ſecretorum reuelabo tibi. Fac
dñe vt loqueris ⁊ fugiant a facie tua
oēs inique cogitationes. Hec ſpes ⁊
vnica ɔſolatio mea ad te in oī tribula
tōe ɔfugere tibi ɔfidē ex ītimo inuoca
re ⁊ patiēt ɔſolationē tuā expectare.

¶ Oratio pro illuminatione men-
tis deuotiſſima. ¶ Capitulū. xxvij.

C Larifica me bone ieſu clarita
te eterni luminis ⁊ educ de ha
bitaculo cordis mei tenebras vniuer
ſas. Cohibe euagationes multas: ⁊
elide vim facientes tentationes. Pu-
gna fortiter per me ⁊ expugna malas
beſtias: ɔcupiſcentias dico illecebro
ſas: vt fiat pax in virtute tua ⁊ abun-
dantia laudis tue reſonet in aulā ſan
cta: hoc eſt in ɔſcientia pura. Impe-
ra ventis ⁊ tempeſtatibus: dic mari
quieſce: dic aquilōi ne flaueris: ⁊ erit
trāquilitas magna. Emitte lucē tuā
⁊ veritatē tuā: vt luceat ſuper trrā:
q̄ terra ſum inanis ⁊ vacua donec il-
lumines me. Effunde gratiā tuā de-
ſuper: perfunde cor meū gratia cele-
ſti: miniſtra deuotionis aquas ad ir-
rigandā faciē terre: ad producendū
fructū bonū ⁊ optimū. Eleua men
tem preſſā mole peccatorū: ⁊ ad cele
ſtia totū deſideriū meū ſuſpēde: vt
guſtata ſuauitate ſuperne felicitatis
pigeat de terrenis cogitare. Rape me
⁊ eripe ab omni creaturarum indu-
rabili conſolatione: q̄ nulla res crea-
ta appetitū meū plenarie valet quie-
tare ⁊ ɔſolari. Junge me tibi inſepa-
rabili dilectionis vinculo: quoniā tu
ſolus amanti ſufficis: ⁊ abſq̄ te friuo
la ſunt vniuerſa.

¶ De euitatōne curioſe inq̄ſitionis
ſuper alterius vita. ¶ Capi. xxviij.

F Ili noli eſſe curioſus: nec vacuas
gerere ſollicitudines. Quid hoc
vel iſtud ad te? tu me ſequere. Quid
enī ad te vtrum ille ſit talis vel talis
aut iſte ſic agit vel loquit̄? Tu non in
diges reſpondere pro alijs: ſed pro te
ipſo rationem reddes. Quid ergo te
implicas? Ecce ego oēs cognoſco ⁊
cuncta que ſub ſole fiunt video: ⁊ ſcio

qualiter cuz vnoquoq; sit: qd cogitet
quid velit ⁊ ad quez finē tendat eius
intentio. Mihi igit̄ cōmittenda sunt
oīa: tu vero serua te in bona pace et
dimitte agitantē agitare quantū vo
luerit. Veniet sup euz quicqd fecerit
vel dixerit: q2 me fallere nō pōt. Nō
sit tibi cure d̄ magni nois vmbra ⁊ nō
de multoꝝ familiaritate nec d̄ ꝓuata
hoīuz dilectōe. Ista.n. generāt distra
ctōes ⁊ magnas i corde obscuritates.
Libēter loquere sibi verbū meū ⁊ ab
scondita reuelarē: si aduentū meū di
ligenter obseruares ⁊ ostium cordis
mihi aperires. Esto ꝓuidus ⁊ vigila
in orationibus: ⁊ humilia te in oībus

¶ In quibus firma pax cordis ⁊ ve
rus profectus ɔsistit. ¶ Ca.xxix.

Fili ego locutus suz. Pacē relin
quo vobis. pacē meaz do vobis:
nō quomō mūdus dat ego do vobis
pacē oēs ɔsiderāt: sz que ad verā pa
cez ꝑtinēt nō oēs curāt. Pax mea cuz
humilibus ⁊ mansuetis corde. Pax
tua erit i mlta patiētia. Si me audie
ris ⁊ vocē meā secutus fueris: poteris
multa pace frui. Quid igit̄ faciā? In
omni re attēde tibi quid facias ⁊ quid
dicas ⁊ oēz intētionē tuā ad hoc diri
ge vt mihi soli placeas: ⁊ extra me ni
hil cupias vel queras: sz ⁊ de alioꝝ
dictis vel factis nil temere iudices:
nec cum rebus tibi nō cōmissis te im
plices ⁊ poterit fieri vt parū vel raro
turberis. Nunq̄ aūt sentire aliquaz
turbationē nec pati aliquā cordis ul'
corporis molestiā: nō est presentis tē
poris sed status eterne quietis. Non
ergo estimes te veraz pacez inuenis
se si nullā senseris grauitatez: nec tūc
totū esse bonuz: si nemīnē pateris ad
uersariuz: nec hoc esse perfectū si cū
cta fiunt ꝺm tuuz affectuz: neqz tunc
aliquid magni te repute(s) aut speciali
ter dilectuz existimes si in magna fue
ris deuotione atqz dulcedine: quia in
istis nō cognoscit̄ verus amator vir
tutis nec in istis consistit profectus ⁊
perfectio hoīs. In quo ḡ dñe? In of
ferēdo te ex toto corde tuo voluntati
diuine. nō querēdo que tua sunt nec
in paruo nec in magno nec in tpe nec
in eternitate ita vt in vna equali facie
in gratiaꝝ actione permaneas inter
prospera ⁊ cōtraria: oīa equa lāce pē
sando. Si fueris taz fortis ⁊ longani
mis in spe vt subtracta interiori ɔso
latōne etiā ad ampliora sustinēda cor
tuū ꝑparauer? nec te iustificaueris et
sanctū laudaueris tūc in vera et recta
via pacis ambulas: ⁊ spes indubita
ta erit q rursus in iubilo faciē meam
sis visurus. Quot si ad plenū tui ipsi
us cōtemptū ꝑueneris: scito q tunc
abundātia pacis ꝑfrueris ꝺm possibi
litatem tui incolatus.

¶ De eminētia libere mētis ⁊ q sup
plex oratio magis meretur q̄ lectio.
¶ Capitulum xxx.

Domine hoc opus est ꝑfecti vi
ri nūq̄ ab intentione celestiuz
animū relaxare ⁊ inter multas curas
quasi sine cura trāsire: nō more torpē
tis: sz prerogatiua quadā libere mētis
nulli creature inordinata affectione
adherēdo: Obsecro te pijssime deus
meus preserua me a curis huius vite
ne nimis implicer. a multis necessita

tatibus corporis ne voluptate capiar ab vniuerſis aic obſtaculis ne moleſtijs fractus deijciar: nõ dico ab his rebus quas toto affectu ambit vanitas mũdana: ſz ab his miſerijs que aīam ſerui tui cõi maledicto mortalitatis penaliter grauãt ⁊ retardãt ne in libertatē ſpūs quotiēs libuerit valeat introire. O d̄s meus dulcedo ineffabilis verte mihi in amaritudinē oēz ꝯſolationē carnalē: ab eternorꝝ amore me abſtrahentē ⁊ ad ſe intuitu cuiuſdam boni delectabilis pñtis male allicientē. Nõ me vincat d̄s meus nõ vincat caro ⁊ ſanguis: nõ me decipiat mundus ⁊ breuis glīa eius: nõ me ſupplãtet diabolus ⁊ aſtutia illius. Da mihi fortitudinē reſiſtēdi: patiētiã tolerãdi ꝯſtantiã perſeuerandi. Da pro oībus mũdi ꝯſolationibus ſuauiſſimã ſpiritus tui vnctionē: ⁊ pro carnali amore tui noīs īfunde amorē. Ecce cibus potus veſtis ac cetera vtēſilia ad corporis ſuſtētaculũ ptinētia feruēti ſpiritui ſunt oneroſa. Tribue talibus fomētis tēperate vti nõ deſiderio nimio implicari. Abijcere oīa nõ lz: qꝛ nã ſuſtētanda ē: requirere aũt ſuperflua ⁊ que magis delectãt: lex ſctã prohibet nã alias caro aduerſus ſpiritũ inſoleſceret. Inter hec q̄ſo manus tua me regat ⁊ doceat ne quid nimium fiat.

¶ Quod ꝑuatus amor a ſummo bono maxime retardat. ¶ Capi. xxxi.

FIli oz te dare totũ pro toto ⁊ nihil tuiipſius eſſe. Scito ꝙ amor tuiipſius magis nocet tibi ꝙ aliqua res mũdi. Secũdũ amorē ⁊ affectuz quē geris: q̄libz res plus vl' minus adheret. Si fuerit amor tuus purus ſimplex ⁊ bene ordinatus: eris ſine captiuitate rerꝝ. Noli cõcupiſcere qd̄ non lz h̄re. Noli h̄re qd̄ te põt impedire ⁊ libertate interiori priuare. Miruz ꝙ nõ ex toto fundo cordis teipſũ mihi cõmittis cũ oībus que deſiderare potes vel h̄re. Quare vano merore conſumeris? Cur ſuperfluis curis fatigaris? Sta ad bñplacitũ meũ: ⁊ nulluz patieris detrimētum. Si queris hoc vel illud ⁊ volueris eſſe ibi vel ibi propter tuuz cõmodũ ⁊ propriũ beneplacitũ magis habēdũ: nũꝙ eris in quietudine nec liber a ſollicitudine: qꝛ ī oī re reperiet' aliquis defectus: ⁊ in oī loco erit qui aduerſet'. Iuuat igit' non quelibet res adepta vel multiplicata exterius: ſz potius ꝯtempta ⁊ deciſa ex corde radicitus. Quod nõ tm̄ de cēſu eris ⁊ diuitiarꝝ intelligas: ſz de honoris etiaz ambitu ac vane laudationis deſiderio: que oīa trãſeunt cũ mũdo. Munit parũ locus: ſi deeſt ſpiritus feruoris. Nec diu ſtabit pax illa queſita forinſecus: ſi vacat a vero fundamēto ſtatus cordis: hoc ē: niſi ſteteris in me: ꝑmutare te potes: ſz non meliorare. Nã occaſione orta ⁊ accepta inuenies quod fugiſti ⁊ amplius.

¶ Oratio pro purgatione cordis et celeſti ſapientia. ¶ Capitulũ. xxxij.

COnfirma me deus ꝑ grãz ſancti ſpiritus: da virtutē corroborari in interiori hoīe: ⁊ cor meũ ab oī inutili ſolicitudine ⁊ angore euacuare nec varijs deſiderijs trahi cuiuſcũqz rei vilis aut ꝑcioſe: ſz oīa inſpicere ſicut trãſeũtia ⁊ me pariter cũ illis trã

ſitu𝑥: q𝑧 nihil pmanens ſub ſole: niſi oia vanitaſ ⁊ affiictio ſpūs. O q̄ ſapiens qui ita ꝯſiderat. Da mihi dn̄e celeſtē ſapiētiā vt diſcā te ſup oia q̄rere ⁊ iuenire: ſup oia ſapere ⁊ diligere: et cetera ſcʒ ordinē ſapiētie tue ꝓut ſunt intelligere. Da prudēter dclinare blādientē: ⁊ patient ferre aduerſantē: q𝑧 hec magna ſapiētia nō moueri oi vento v̄bo𝑥 nec aurē male blādiēti p̄bere ſyrene: ſic.n. icepta pgit̄ via ſecure

℄ Contra linguas obtractatorum.

℄ Capitulum. xxxiij.

Fili non egre feras ſi quidā de te male ſenſerint ⁊ dixerit qd̄ nō libēter audiaſ. Tu deteriora de teipō ſentire debes: ⁊ nemīnē īfirmiorē te credere Si ambulas ab itra: nō multū pōderabis volātia v̄ba. Eſt nō pua prudētia ſilere in tpe malo ⁊ itrorſus ad me ꝯuerti nec humano iudicio diſturbari nō ſit pax tua i corde hoiʒ: ſiue.n. bn̄ ſiue male iterp̄tati fuerit nō es igitur alter hō. Ubi ē vera pax: ⁊ vera gloria? Nōne in me? Et qui nō appetit hoibus placere nec diſplicere timet: multa pfruet̄ pace. Ex inordinato amore ⁊ vano timore oritur oīs inquietudo cordis ⁊ diſtractio ſenſuū.

℄ Qualiter inſtāte tribulatione deus inuocandus eſt ⁊ benedicendus.

Capitulum. xxxiiij.

Sit nomē tuū dn̄e bn̄dictuʒ in ſecula: qui voluiſti hāc tētationē ⁊ tribulationē venire ſup me. Nō poſſuʒ eaʒ effugere: ſʒ neceſſe habeo ad te cōfugere vt me adiuueſ ⁊ in bonū mihi couertas. Dn̄e mō ſuʒ in tribulatiōe ⁊ nō ē cordi meo bn̄: ſʒ multuʒ vexor a preſenti paſſione. Et nūc pater dilecte quid dicā? Dep̄hēſus ſuʒ inter anguſtias: ſaluifica me ex hora hac. Sʒ propterea veni in hāc horā vt tu clarificeris cuʒ fuero valde humiliatus ⁊ p te liberatus. Cōplaceant tibi dn̄e vt eruas me: naʒ ego paup quid agere poſſū: ⁊ quo ibo ſine te? Da patiētiaʒ dn̄e etiaʒ hac vice. Adiuua me ds̄ meuſ: ⁊ nō timebo quātūcūqʒ grauatus fuero. Et nunc inter hec quid dicā? Dn̄e fiat voluntas tua: ego bene merui tribulari ⁊ grauari: oʒ vtiqʒ ut ſuſtineā ⁊ vtinā patiēter donec trāſeat tēpeſtas ⁊ melius fiat. Potēs eſt aut oipotēs manus tua ēt hāc tētationeʒ a me auferre ⁊ eius impetū mitigare: ne penitus ſuccūbā q̄ēadmodū ⁊ prius ſepe egiſti mecū deus meus miſericordia mea. Et quāto mihi difficilius: tāto tibi facilior ē hec mutatio dextere excelſi.

℄ De diuino petēdo auxilio ⁊ confidentia recuperande gratie.

℄ Capituluʒ. xxxv.

Fili ego dominus confortans in die tribulatiōis. Uenias ad me cū tibi nō fuerit bene. Hoc eſt qd̄ maxime impedit cōſolationeʒ celeſtē quia tardius conuertis te ad orationeʒ. Nam anteq̄ me intente roges: multa interim ſolatia queris: ⁊ recreas te in externis. Jdeoqʒ fit vt paruʒ omnia proſint donec aduertas: quia ego ſuʒ qui eruo ſperantes in me: nec ē extra me valens conſilium neqʒ vtile: ſʒ neqʒ durabile remedium. Sʒ iā reſumpto ſpiritu poſt tēpeſtatē reconualeſce in luce miſerationū mea𝑥: q𝑧 ꝓpe ſuʒ dicit dn̄s: vt reſtaurē vniuer

ſa non ſoluʒ integre: ſʒ ⁊ abundanter ⁊ cumulate. Nuquid mihi quicq̄ eſt difficile: aut ero ſimilis dicenti ⁊ nō facienti? Ubi eſt fides tua? Sta firmiter ⁊ perſeuerāter. Eſto lōganimis ⁊ vir fortis. veniet tibi conſolatio i tempore ſuo. Expecta me expecta: veniā ⁊ curabo te. Tentatio eſt que te vexat ⁊ formido vana q̄ te exterret. Quid importat ſollicitudo de futuris cōtingētibus: niſi vt triſtitiā ſuper triſtitiā hēas? Sufficit diei malitia ſua. Uanū eſt ⁊ inutile de futuris conturbari vel gratulari q̄ forte nunq̄ euenient. Sʒ humanuʒ eſt huiuſmodi imaginationibus illudi: ⁊ parui adhuc animi ſignuʒ tam leuiter trahi a ſuggeſtione inimici. Ipſe.n. nō curat an veris an falſis illudat ⁊ decipiat: ⁊ vtrum preſentiū amore an futurorū formidine proſternat. Nō ergo turbetur cor tuum neqʒ formidet. Crede in me ⁊ in miſericordia mea habeto fiduciam. Quādo tu te elongatū eſtimas a me: ſepe ſum ꝓpinquior. Quādo tu eſtimas totum perditū: tunc ſepe magis merēdi inſtat lucrum. Non eſt totū perditū: quādo res accidit i cōtrariū. Nō debes iudicare ſm̄ preſens ſentire: nec ſic grauitati alicui vndecūqʒ venienti inherere ⁊ accipere: tanq̄ ois ſpes ſit ablata emergendi. Noli putare te derelictum ex toto. q̄uis ad tempus miſerim tibi aliquā tribulationē ſic eniʒ tranſitur ad regnum celorū. ⁊ hoc ſine dubio magis expedit tibi ⁊ ceteris ſuis meis vt exercitemini aduerſis. q̄ ſi cuncta ad libituʒ haberetis. Ego noui cogitationes abſcōditas qꝛ multum expedit pro ſalute tua vt interduʒ ſine ſapore relinquaris ne forte eleueris i bono ſucceſſu ⁊ tibiipſi placere velis i eo qd̄ nō es. Qd̄ dedi auferre poſſū ⁊ reſtituere cū mihi placuerit. Cū dedero meū eſt cū ſubtraxero tuū nō tuli qꝛ meuʒ eſt omne datuʒ bonū ⁊ omne donū perfectum Si tibi admiſero grauitatē aut quālibet ꝯtrarietatem nō indigneris neqʒ concidat cor tuū ⁊ ego cito ſubleuare poſſuʒ ⁊ omne onus in gaudiū tranſmutare. Uerūtñ iuſtus ſuʒ ⁊ recomēdabilis multū cū ſic facio tecū. Si recte ſapis ⁊ in veritate aſpicis nūq̄ debes propter aduerſa taʒ deiecte cōtriſtari ſʒ magis gaudere ⁊ gratias agere: immo hoc vnicum reputare gaudiuʒ qꝙ affligens te doloribus nō parco tibi. Sicut dilexit me pater ego diligo vos dixi dilectis diſcipulis meis quos vtiqʒ nō miſi ad gaudia temporalia ſʒ ad magna certamina non ad honores ſʒ ad deſpectiōes nō ad ociū ſʒ ad labores nō ad requiem ſʒ ad afferenduʒ fructum multū in patiētia. Horum memento fili mi verborum.

¶ De neglectu oīs creature vt creator poſſit inueniri. ¶ Capi. xxxvj.

DOmine mi adhuc bene idigeo maiori gratia ſi debeaʒ peruenire vbi me nemo poterit nec vlla creatura impedire. Nā q̄diu res aliqua me retinet nō poſſum libere ad te volare. Cupiebat libere volare qui dicebat. Quis dabit mihi pēnas ſicut colūbe ⁊ volabo ⁊ requieſcā. Quid ſimplici oculo quietius ⁊ quid liberius nil deſiderāte in terris? Oportet igitur

oẽƺ ptrãſire creaturã: ꝛ ſeipſuƺ ꝑfecte
deſerere ac i exceſſu mẽtis ſtare ꝛ vi-
dere te oiuƺ ꝯditorẽ cũ creaturis nil ſi
mile hr̃e. Et niſi qs ab oibus creatu-
ris fuerit expeditus nõ poterit libere
intẽdere diuinis. Jõ. n. pauci inueniũ-
tur cõteplatiui qꝛ pauci ſciũt ſe a peri-
turiſ creaturiſ ad plenũ ſeq̃ſtrari. Ad
hoc magna reqrit̃ grã q̃ aiam leuet ꝛ
ſupra ſeipſam rapiat. Et niſi hõ ſit in
ſpiritu eleuatus ꝛ ab oibus creaturis
liberatus ac deo totus vnitus qcqd
ſcit qcqd ẽt hƺ nõ eſt magni põderis.
Diu paruus erit ꝛ i terra iacebit q ali
quid magni eſtimat niſi solũ vnũ imẽ
ſuƺ eternũ bonũ. Et qcqd ds nõ ẽ ni-
hil ꝛ pro nihilo cõputari dƺ. Eſt quip
pe magna differẽtia ſapiẽtia illumina
ti ꝛ deuoti viri: ꝛ ſciẽtia lr̃ati ꝛ ſtudio
ſi clerici. Multo nobilior ẽ illa doctri
na q̃ de ſurſuƺ ex diuina influẽtia ma-
nat: q̃ꝫ que laborioſe humano acqrit̃
igenio. Plures reperiunt̃ cõteplatio-
nẽ deſiderare: ſƺ que ad eã requirunt̃
nõ ſtudẽt exercere. Eſt ꝛ magnũ ipe-
dimẽtũ qꝛ i ſignis ꝛ in rebus ſenſibili
bus ſtat̃ ꝛ paꝝ de ꝑfecta mortificatõe
hr̃. Neſcio qd ẽ ꝛ quo ſpũ ducimur ꝛ
qd ptẽdimus qui ſpũales dici vide
mur: q̃ꝫ totũ laborẽ ꝛ ampliorẽ ſolici-
tudinẽ ꝓ trãſitorijs ꝛ vilibuſ rbuſ agi
muſ ꝛ d itioribus nr̃is viſ raro plene
recollect ſẽſibus cogitamuſ. Proh do
lor ſtati poſt modicã recollectionẽ fo-
ras erũpimus nec opa nr̃a diſtricta
examinatione trutinamuſ. Ubi iacẽt
affectus nr̃i nõ attẽdimus ꝛ q̃ꝫ ipura
ſint oia nr̃a nõ deploramus. Ois qp-
pe caro corruperat viã ſuã ꝛ iõ ſeque-
bat̃ diluuiũ magnũ. Cũ ḡ interior af
fectus nr̃ corruptus ſit. neceſſe eſt ut
actio ſequẽs index carẽtie interioris
vigoris corrũpat̃. Ex puro corde ꝓ
cedit fructus bone vite. Quãtũ qs fe
cerit querit̃: ſƺ ex quanta virtute agit
nõ tã ſtudioſe pẽſat̃. Si fuerit fortis
diues pulcher habilis vel bonus ſcri
ptor bonus cãtor bonus laborator in
ueſtigat̃: q̃ꝫ paup ſit ſpũ quã patiẽs ꝛ
mitis q̃ꝫ deuotus ꝛ internus a multis
tacet̃. Nã exteriora hois reſpicit grã
ad iteriora ſe cõuertit. Jlla freq̃uẽter
fallit̃ iſta i deo ſperat vt nõ decipiat̃.

¶ De abnegatione ſui ꝛ abdicatiõe omnis cupiditatis. ¶ Capi. xxxvij.

Fili nõ potes ꝑfecte poſſidere li-
bertatẽ niſi totaliter abneges te-
metipſuƺ. Cõpediti ſunt oẽs ꝓprieta
rij ꝛ ſuiipſius amatoreſ cupidi curioſi
gyrouagi querẽtes ſemp mollia non
que ieſu xp̃i: ſƺ ſepe hoc fingẽtes ꝛ cõ
ponẽtes qd nõ ſtabit. Peribit. n. totũ
qd nõ ẽ ex deo ortũ. Tene breue ꝛ cõ-
ſumatũ vbuƺ. Dimitte oia ꝛ inuenies
oia. Dimitte cupiditatẽ ꝛ inuenies re
quiẽ. Hoc mẽte pertracta ꝛ cũ ipleue-
ris oia intelliges. Dñe hoc nõ ẽ opus
vnius diei nec ludus paruuloꝝ: imo
in hoc breui includit̃ ois ꝑfectio reli-
gioſoꝝ. Fili nõ debes auerti nec ſtati
deijci audita via perfectoꝝ: ſƺ magis
ad ſublimiora ꝓuocari ꝛ ad minuſ ad
hec ex deſiderio ſuſpirare. Utinaƺ ſic
tecũ eſſet ꝛ ad hoc ꝑueniſſes: vt tuiip
ſius amator nõ eſſes: ſƺ ad nutũ meuƺ
pure ſtares ꝛ eius quẽ tibi ꝓpoſui pa-
tris tũc mihi valde placeres ꝛ tota vi
ta tua cũ gaudio ꝛ pace trãſiret. Hẽs

adhuc multa ad relinquẽduz que niſi
mihi ex ĩtegro reſignaueriſ nõ acgreſ
qd poſtulaſ. Suadeo tibi a me emere
aurũ ignitũ vt locuplex fias id ẽ ſapiẽ
tiã celeſtẽ oĩa infima ꝯculcãtẽ. Poſt-
pone terrenã ſapiẽtiã oẽz humanã cõ
placẽtiã ⁊ ꝓpriaz. Dixi tibi viliora emẽ
da pro ꝓcioſis ⁊ altis ĩ rebus huma-
nis. Naz vilis ⁊ parua ac pene obliuiõi
tradita vr̃ vera celeſtis ſapientia non
ſapiens alta de ſe nec magnificari que
rẽs ĩ terra: quã mlt̃i oretenuſ ꝓdicãt:
ſz vita lõge diſſentiũt: ipſa tñ ẽ precio
ſa margarita a multis abſcondita.

## ¶ De iſtabilitate cordis ⁊ ď intẽtiõe finali ad deum habenda. Ca. xxxviij.

Fili noli credẽ affectui tuo q nũc
ẽ cito mutabit̃ ĩ aliũ. Quãdiu .n.
vixeris mutabilitati ſubiectus eris ẽt
nolẽs vt mõ letus mõ triſtis mõ paca
tus mõ turbatus nũc deuotus nũc in
deuotuſ nũc ſtudioſus nũc accidioſuſ
nũc grauis nũc leuis ĩuenjaris. Sed
ſtat ſup hec mutabilia ſapiẽs ⁊ bñ do
ctus ĩ ſpũ nõ attẽdẽs qd ĩ ſe ſentiat ul'
qua pte flet vẽtus iſtabilitatis: ſz vt to
ta intẽtio mẽtis eius ad ďbitũ ⁊ ad op
timũ ꝓficiat finẽ. Nã ſic poterit vnus
⁊ idẽ incõcuſſus ꝑmanere ſimplici in
tẽtiõis oculo ꝑ tot varios euentus ad
me ĩpretermiſſe directo. Quanto aũt
purior fuerit intẽtionis oculus tanto
ꝯſtãtiuſ int̃ diuerſaſ itur ꝓcellas. Sz
in multis caligat oculus pure ĩtentio
nis reſpicit .n. cito ĩ aliqď delectabile
qď occurrit ⁊ raro totus liber qs ĩue-
nit̃ a neuo ꝓprie exqſitiõis. Sic iudei
oliz venerãt ĩ bethaniã ad Marthã ⁊
Mariã nõ ꝓp ieſuz tm̃: ſz ut lazaꝝ vi
derẽt. Mũdãdus ẽ ğ intẽtionis ocu-
lus ut ſit ſimplex ⁊ rectus: atqz vltra
omnia varia media ad me dirigẽdus.

## ¶ Quot amãti ſapit deus ſuper omnia ⁊ in omnibus. ¶ Capi. xxxix.

Ecce ds meus ⁊ oĩa. Quid vo-
lo amplius ⁊ qd felicius deſide
rarĩ poſſuz? O ſapidũ ⁊ dulce ṽbũ: ſz
amãti ṽbũ nõ mũdũ nec ea que ĩ mũ-
do ſunt. Deus meuſ ⁊ oĩa: Intelligẽti
ſatis dictũ ẽ: ⁊ ſepe repetere iocũduz
eſt amãti. Te ſiqdẽ pñte iocũda ſunt
oĩa te aũt abſẽte faſtidiũt cũcta. Tu fa
cis cor trãqllũ ⁊ pacẽ magnã leticiãqz
feſtiuã. Tu facis bñ ſentire ď oĩbus ⁊
in oĩbus te laudare: nec põt aliqd ſine
te diu placere: ſz ſi dz gratũ eẽ ⁊ bñ ſa
pe: oz graz tuã adeẽ ⁊ ꝯdimẽto tue ſapi
ẽtie cõdiri. Cui tu ſapiſ qd ei recte nõ
ſapiet? ⁊ cui tu nõ ſapiſ qd ei ad iocũ-
ditatẽ eẽ poterit? Sz ďficiũt ĩ tua ſapi
ẽtia mũdi ſapiẽtes ⁊ q carnẽ ſapiũt: qꝛ
ibi pl'ima vanitas ⁊ hic mors ĩuenit̃.
Qui aũt te ꝑ ꝯtẽptũ mũdanoꝝ ⁊ car-
nis mortificationẽ ſequunt̃ vere ſapiẽ
tes eẽ cognoſcũt̃: qꝛ ď vanitate ad ve-
ritatẽ ď carne ad ſpũz trãſſerũt̃. Iſtis
ſapit ďs ⁊ qcqd inuenit̃ in creaturis
totũ referũt ad laudẽ ſui ꝯditoriſ. Diſ
ſimiliſ tñ ⁊ multũ diſſimilis ſapor cre
atoris ⁊ creature eternitatis ⁊ tꝑoris
lucis ĩcreate ⁊ luciſ illuminate. O lux
ꝑpetua cũcta creata trãſcẽdẽſ lumina
fulgura coruſcationẽ de ſublimi pene
trãtẽ oĩa ĩtima cordis mei purifica le-
tifica clarifica ⁊ viuifica ſpũz meũ cuz
ſuis potẽtijs ad inherẽdũ tibi iubilo
ſis exceſſibus. O qñ veniet hec beata
⁊ deſiderabilis hora ut tua me ſaties

p̄ntia vt ſis mihi oia in oībus. Quā-
diu hoc datū nō fuerit nec plenū gau
diū erit. Adhuc ꝓhdolor viuit in me
vetus hō nō ē totus crucifixus nō eſt
ꝑfecte mortuus. Adhuc ꝯcupiſcit for
titer aduerſus ſpūȝ bella mouet inte-
ſtina nec regnū aīe patit̄ eſſe quietū.
Sȝ tu qui dn̄aris ptāti maris ⁊ mo-
tuȝ fluctuū eius tu mitigas exurge ad
iuua me. Diſſipa gentes que bella vo
lunt cōtere eas in v̄tute tua oſtēde que
ſo magnalia tua: ⁊ glorificetur dexte-
ra tua: qꝛ nō eſt ſpes alia nec refugiū
mihi niſi in te dominus deus meus.

¶ Quod non eſt ſecuritas a tenta-
tione in hac vita. ¶ Capitulum .xl.

Fili nūq̄ ſecurus es ī hac vita ſȝ
quoadiuxeris ſp arma ſpiritua-
lia tibi ſunt neceſſaria. Inter hoſtes
v̄ſaris a dextris ⁊ a ſiniſtris īpugna-
ris. Si ḡ nō vteris vndiqȝ ſcuto pati
entie: nō eris diu ſine vulnere. Inſu-
ꝑ nō ponis cor tuū fixe ī me: cū mera
voluntate cūcta patiēdi ꝑꝑ me: nō po
teris ardorē iſtū ſuſtinere nec ad pal
mā ꝑtingē beatoꝝ. Oȝ te ḡ viriliť oīa
ꝑtrāſire: ⁊ potēti manu vti aduerſus
obiecta. Nā vincenti dať mānā ⁊ tor
pēti relinquiť multa miſeria. Si que-
ris in hac vita requiē: quō tūc ꝑueni-
es ad eternā? Nō ponas te ad multā
requiē: ſȝ ad magnā patiētiā. Quere
verā pacē nō in terris: ſȝ ī celis: nō in
hoībus nec in ceterꝭ creaturꝭ: ſȝ ī deo
ſolo. Pro amore dei debes oīa libenť
ſubire labores. ſ. ⁊ dolores tētatioēs
vexatioēs anxietates neceſſitates in-
firmitates iniurias oblocutiones re-
p̄hēſiones humiliationes cōfuſioēs
correctiones ⁊ deſpectiones. Hec iu-
uant ad virtutes hec probāt xp̄i tyro
nē hec fabricāt celeſtē coronā. Ego re
daȝ ei eternā mercedē pro breui labo-
re ⁊ infinitā gloriā pro trāſitoria cōfu
ſione. Putas q̄ ſemꝑ hēbis ꝓ tua vo
lūtate cōſolationes ſpirituales? San
cti mei nō habuerūt tales: ſȝ multas
grauitates ⁊ tentationes varias ma-
gnaſqȝ deſolatiōes: ſȝ patiēs ſuſtinue
rūt ſe in oībuſ ⁊ magis ſunt cōfiſi deo
q̄ ſibi ſcienteſ: qꝛ nō ſunt cōdigne paſ
ſiones huius tēporis ad futurā gloriā
ꝓmerēdaȝ. Vis tu ſtatiȝ hr̄e: qđ mul
ti poſt lachrymas ⁊ magnos labores
vix obtinuerūt? Expecta dn̄m virili-
ter age ⁊ cōfortare noli diffidere noli
diſcedere: ſȝ corpus ⁊ aīaȝ expone cō
ſtāter pro gloria dī. Ego reddā pleniſ
ſime. Ego tecū ero in oī tribulatione.

¶ Cōtra vana hoīuȝ iudicia. C. xli.

Fili iacta cor tuū firmiter in dn̄o
⁊ humanū ne metuaſ iudiciū vbi
te cōſcia piū r̄ddit ⁊ iſontē. Bonū ē ⁊
beatū taliť pati nec hoc erit graue hu
mili cordi: ⁊ deo magis q̄ ſibiipſi cōfi
dēti. Multi multa loquunť: ⁊ iō par-
ua fides ē adhibēda. Sȝ ⁊ oībus ſatiſ
cē nō eſt poſſibile. Et ſi paulus oībuſ
ſtuduit in dn̄o placere ⁊ oībus oīa fa-
ctuſ ē tn̄ etiā pro minimo duxit quod
ab humano die iudicatuſ fuerit. Egit
ſatis pro aliorum edificatione ⁊ ſalu-
te quantum in ſe erat ⁊ poterat: ſed
ne ab alijs aliquando iudicaretur vel
non deſpiceretur: cohibere non po-
tuit: ideo totum deo commiſit: qui
totum nouerat ⁊ patientia ⁊ hu-
militate contra ora loquentium ini-

qua ac etiam vana ac mendoſa cogi-
tātiū atqȝ pro libitu ſuo queqȝ iactā-
tiū ſe defendit. Reſpōdit tñ interdū
ne infirmis ex ſua taciturnitate gene
raretur ſcādalū: Quis tu vt timeas a
mortali hoīe Hodie ē ⁊ cras ñ cōparet
Deū time ⁊ hoīuȝ terrores nō expaue-
ſces. Quid pōt aliqs ī te verbiſ aut in
iurijs? Sibi potius nocet q̄ tibi nec
poterit iudiciū dei effugere quicūqȝ
eſt ille. Tu habe deū pre oculis ⁊ noli
cōtēdere verbiſ querulosis. Nō ſi ad
p̄ſens videris ſuccūbi ⁊ cōfuſionē pa
ti quā non meruiſti ne indigneris ex
hoc neqȝ ꝑ impatiētiā minuas coro
nā tuā ſȝ a me potius reſpice in celū
qui potēs ſuȝ eripere ab omni confu-
ſione ⁊ iniuria ⁊ vnicuiqȝ reddere ſȝ
opera ſua.

¶ De pura ⁊ ītegra reſignatione ſui ad obtinendam cordis libertatem. ¶ Capitulum. xlij.

Fili relique te ⁊ inuenies me. Sta
ſine electiōe ⁊ omni ꝓprietate ⁊
ſemꝑ lucraberis. Nā ⁊ adijcietur ti
bi amplior gratia ſtatim vt te reſigna
ueris nec reſumpſeris. Dñe quotiēs
me reſignabo ⁊ in qbus me relinquā?
ſemper ⁊ ī omni hora ſicut in paruo
ſic ⁊ in magno nihil excipio ſȝ in omī
bus te nudatū inueniri volo. Alioqn
quō poteris eē meus ⁊ ego tuus niſi
fueris ab omni ꝓpria voluntate itus
⁊ foris ſpoliatus. Quanto celerius
hoc agis tāto melius habebis ⁊ quā
to plenius ⁊ ſincerius tāto plus mihi
placebis ⁊ amplius lucraberis. Qui
dā ſe reſignāt ſȝ cū aliqua exceptione
Nō.n. plene deo cōfidūt ideo ꝓuide
re ſibi ſatagūt. Quidā etiā p̄mo totū
offerunt ſed poſtea tētatione pulſan-
te ad ꝓpria redeūt ideo minime ī vir-
tute ꝓficiūt. Hi ad verā puri cordis
libertatē ⁊ iocūde familiaritatis mee
gratiā nō pertingent niſi integra reſi-
gnatiōe ⁊ quotidiana ſui imolatione
prius facta: ſine qua nō ſtat nec ſtabit
vnio fruitiua. Dixi tibi ſepiſſime ⁊
nūc iteruȝ dico. Relinque te: reſigna
te ⁊ frueris magna interna pace. Da
totū ꝓ toto nil exquire nil repete ſta
pure ⁊ inheſitāter in me ⁊ hēbis me.
Eris liber in corde ⁊ tenebre nō con-
culcabūt te. Ad hoc conare hoc ora
hoc ſtude deſiderare: vt ab oī propric
tate poſſis expoliari ⁊ nudus nuduȝ
ieſuȝ ſequi tibi mori ⁊ mihi eternalit
viuere. Tūc deficiēt oēs vane fanta-
ſie: cōturbatiōes inique ⁊ cure ſuper-
flue. Tūc etiā recedet imoderatus ti
mor: ⁊ inordinatus amor morietur.

¶ De bono regimine in externis ⁊ recurſu ad deū ī ꝑiculis. ¶ Ca. xliij.

Fili ad iſtud diligēter tēdere de-
bes vt in oī loco actiōe ſeu occu
patione externa ſis itimus liber ⁊ tui
ipſius potens ⁊ ſint oīa ſub te ⁊ tu nō
ſub eis: vt ſis dñs actionū tuarū: ⁊ re-
ctor: nō ſeruus nec empticius: ſȝ magis
exēptus: veruſqȝ hebreus in ſorteȝ ac
libertateȝ tranſiēs filiorū dei: qui ſtāt
ſuꝑ p̄ſentia ⁊ ſpeculant̄ eterna: q trā-
ſitoria ītuētur ſiniſtro oculo: ⁊ dextro
celeſtia: quos tēporalia nō trahūt ad
inherendū: ſȝ trahunt ipſi ea magis
ad bene ſeruiendū ꝓut ordinata ſunt
a deo: ⁊ iſtituta a ſummo opifice qui
nil inordinatū reliquit in ſua creatu-
ra. Si etiā in oī euentu ſtas nō in ap-

parẽtia externa: nec oculo carnali luſtras viſa vel audita: ſꝫ mox in q̄libet cauſa intras cū moyſe in tabernaculū ad cōſulendū dñm: audies nōnūq̄ꝫ diuinū reſponſuꝫ: ⁊ redies inſtructus de multis p̄ſentibus ⁊ futuris. Sēp.n. moyſes recurſū habuit ad tabernaculū ꝓ dubijs ⁊ q̄ſtiōibus ſoluēdis fugitqꝫ ad oratōis adiutoriū ꝓ piculis ⁊ iprobitatibus hoīꝫ ſubleuandis. Sic ⁊ tu cōfugere debes in cordis tui ſecretarū diuinū intētius implorando ſuffragiū. Propterea nāqꝫ ioſue ⁊ filij iſrael a gabaonitis legūt decepti: qꝛ os dñi nō priuſ interrogauerūt: ſed nimium creduli dulcibus ſermonibus falſa pietate deluſi ſunt.

¶ Q̄ꝺ homo non ſit importunus i negocijs. ¶ Capitulꝫ.xliiij.

FIli cōmitte mihi ſemp̄ cām tuā ⁊ ego bene diſponā i tēpore ſuo. Expecta ordinationeꝫ meā: ⁊ ſenties inde profectuꝫ. Dñe ſatis libēter oēs res tibi cōmitto qꝛ parū poteſt cogitatio mea ꝓficere. Utinā nō multū adhererē futuris euentibus: ſꝫ ad bene placituꝫ tuū me incunctāter offerreꝫ Fili mi ſepe homo rem aliquā agitat q̄ꝫ deſiderat: ſꝫ cuꝫ ad eam peruenerit aliter incipit ſentire qꝛ affectōeſ circa ideꝫ nō ſunt durabiles: ſed magis de vno in aliud noſ impellunt. Nō ergo minimū etiā i minimis ſe relinquere. Uerus profectus hominis ē abnegatio ſuipſius ⁊ homo abnegatus valde liber eſt ⁊ ſecurus. Sed antiquus hoſtis oībus bonis aduerſans a tētatione nō ceſſat: ⁊ die noctuqꝫ graues molitur inſidias ſi forte in laqueū deceptionis poſſit precipitare incautum. Uigilate ergo ⁊ orate dicit dñs vt non intretis in tentationem.

¶ Q̄ꝺ homo nihil boni ex ſe habeat ⁊ de nullo gliari pōt. ¶ Capi.xlv.

DOmine qd ē homo q̄ꝫ memor ſis eius aut filius hoīs qꝛ viſitas eū? Quid ꝓmeruit hō vt dares illi gratiaꝫ tuā? Dñe quid poſſum conqueri ſi deſeris me aut qd iuſte obtenderē poſſuꝫ ſi qꝺ peto nō feceris? Certe hoc in veritate cogitare poſſum ⁊ dicerē. Dñe nihil ſuꝫ nihil boni ex me habeo: ſed in oībus deficio ⁊ ad nihil ſemp̄ tēdo. Et niſi a te fuero adiutus ⁊ interius informatus totus efficior tepidus diſſolutus. Tu aūt dñe ſemper ideꝫ ipſe es ⁊ ꝑmanes in eternuꝫ ſemp̄ bonus iuſtus ⁊ ſanctus bene iuſte ac ſancte agens oīa ⁊ diſponēs in ſapiētia. Sed ego qui ad defectuꝫ magis ꝓnus ſuꝫ q̄ꝫ ad ꝑfectuꝫ non ſum ſemp̄ in vno ſtatu ꝑdurās: qꝛ ſeptē tēpora mutātur ſuper me. Uerūtū cito melius fit cū tibi placuerit ⁊ manuꝫ porrexerꝭ adiutricem qꝛ tu ſolus ſine humano ſuffragio poteris auxiliari ⁊ in tātū confirmare vt vultus meus ampliuſ in diuerſa nō mutetur ſed in te vno cor meū cōuertatur ⁊ quieſcat Un̄ ſi bene ſcirē oēꝫ humanā conſolationē abijcerē ſiue ꝓpter deuotionē adipiſcendam ſiue ꝓpter neceſſitatem qua cōpellor te q̄rere: qꝛ nō ē hō q me ꝯſoletur: tūc merito poſſeꝫ de grā ſperare tua ⁊ de dono noue ꝯſolatiōis exultare. Grās tibi vn̄ totū venit quotiēſcūqꝫ mihi bene ſuccedit. Ego aūt vanitas ⁊ nihilū an̄ te: icōſtās homo ⁊ in-

firmus. Unde ego poſſum gloriari
aut cur appeto reputari? Nūqd ō ni
hilo ⁊ hoc vaniſſimū ē? Uere inanis
gloria mala peſtis vanitas maxia qꝛ
a vera trahit glīa ⁊ celeſti ſpoliat grā.
Dū .n. homo cōplacet ſibi diſplicz ti
bi duz inhiat laudibus hūanis ꝑuat
veris virtutibus. Eſt aūt vera glīa ⁊
exultatio ſancta glīari in te ⁊ nō in ſe
gaudere i noīe tuo nō i virtute ꝓpria
nec i aliqua creatura delectari niſi ꝑ
pter te. Laudeť nomē tuū nō meum
magnificeť opus tuū nō meuz bñdi-
cať nomē ſanctū tuū: nihil aūt attri-
buať mihi ō laudibus hoīuz. Tu glīa
mea mea tu exultatio cordis mei. In
te gloriabor ⁊ exultabo tota die ꝓ me
autez nihil niſi i infirmitatibus meis
Querāt iudei glīaz que ab inuicē eſt
ego hāc regrā que a ſolo deo ē. Ois
qdē gloria humana oīs honor tpalis
oīs altitudo mūdana eterne glīe tue
cōparata vanitas ē ⁊ ſtultitia. O veri
tas mea ⁊ miſicordia mea dūs meus
trinitas beata tibi ſoli laus virtus ho
nor ⁊ glīa ꝑ infinita ſcloꝝ ſclā. Amē

## De contemptu omnis tempora- lis honoris. Capitulum. xlvj.

Fili noli tibi attrahere ſi videas
alios honorari ⁊ eleuari te autē
diſpici ⁊ hūiliari. Erige cor tuuz ad
me in celū ⁊ nō cōtriſtabit te contem
ptus hoīs i terris. Dñe in cecitate ſu
mus ⁊ vanitate cito ſeducimur. Si re
cte me inſpicio: nūq̄ mihi facta ē iniu
ria ab aliqua creatura vñ nec iuſte ha
beo cōqueri aduerſuz te. Qui aūt fre
quēter ⁊ grauiter peccaui tibi merito
armatur ꝯtra me oīs creatura. Mi-
hi igiť iuſte ōbeť cōfuſio ⁊ cōtēptus
tibi āt laus honor ⁊ glīa. Et niſi me
ad hoc p̄parauero q̄ veliz libēť ab oī
creatura deſpici ⁊ relīq atq; penitus
nihil videri: nō poſſuz iterius pacifi-
cari ⁊ ſtabiliri: nec ſpūaliť illuminari
neq; plene tibi vniri.

## Quod pax nō ē ponēda in hoībus. Capi. xlvij.

Fili ſi ponis pacē tuā cū aliqua ꝑ
ſona ꝓpter tuū ſentire ⁊ cōueni
re iſtabilis eris ⁊ ipacatus. Sed ſi re
curſuz habes ad ſemꝑ viuentez ⁊ ma
nentez veritatē nō cōtriſtabit te ami-
cus recedēs aut moriēs. In me debz
amici dilectio ſtare ⁊ ꝓpter me diligē
dus eſt qſquis tibi bonus viſus eſt ⁊
multū carus i hac vita. Sine me nō
valet nec durabit amicitia nec ē vera
⁊ mūda dilectio quā ego nō copulo.
Ita mortuus debes eſſe talibus affe-
ctiōibus dilectoꝝ hoīuz vt q̄tū ad te
ꝑtinet ſine oī hūano optares eē con-
ſortio. Tāto hō deo magis appropin
quat q̄to ab oī ſolatio terreno lōgius
recedit. Tāto etiā altius aſcendit ad
deū quāto ꝓfundius i ſe deſcendit ⁊
plus ſibiipſi vileſcit. Qui autez aliqd
boni ſibi attribuit: gratiaz dei i ſe ve-
nire impedit qꝛ gratia ſpiritus ſancti
cor hūile querit ſemꝑ. Si ſcires te ꝑ-
fecte ānihilare atq; ab oī creato amo
re euacuare tūc ōberez i te cū magna
grā emanare. Sed qñ tu reſpicis ad
creaturas ſbtrahiť tibi aſpectus crea
toris. Diſce te i oībus ꝓpter creatorē
vincere tūc ad diuinā valebis cogni
tionē ꝑtingere. Quātūcūq; modicū
ſi inordinate diligitur ⁊ reſpicitur re-
tardat a ſummo ⁊ vitiat.

❡ Contra vanaz ⁊ ſecularem ſcientiam. ❡ Capituluz.xlviij.

Fili nõ moueãt te pulchra ⁊ ſub-
tilia dicta hoiuz. Nõ.n.ẽ regnuz dei
in ſmone ſʒ i virtute. Attende verba
mea que corda accẽdũt ⁊ mentes illu
minãt inducũt cõpunctionẽ ⁊ variaz
ingerũt cõſolationẽ. Nũq̃ ad hoc le
gas vbũ vt doctior aut ſapiẽtior poſſis
videri: ſʒ ſtude mortificationẽ vitioꝝ
qꝛ hoc amplius tibi ꝓderit q̃ noticia
multaꝝ difficiliuz q̃ſtionũ. Cũ mul-
ta legeris ⁊ cognoueris ad vnũ tamẽ
oʒ venire principiũ. Ego ſuz q doceo
hoiez ſcientiã ⁊ clariorẽ intelligentiaz
puulis tribuo: q̃ ab homie poſſit do
ceri. Cui ego loquor cito ſapiẽs erit
⁊ multũ in ſpiritu ꝓficiet. Ve illis q
multa curioſa ab hoibus iquirũt ⁊ d
via mihi ſuiẽdi paruz curãt. Veniet
tempus qñ apparebit magiſter magi
ſtroꝝ xp̃s dñs angeloꝝ cunctoꝝ au
diturus lectiões hoc eſt ſinguloꝝ exa
minaturus ꝯſcientias: ⁊ tunc ſcruta-
bit hieruſalẽ in lucernis: ⁊ manifeſta
erunt abſcondita tenebraꝝ tacebunt
qʒ argumẽta linguarũ. Ego ſum qui
humilẽ in pũcto eleuo mẽtẽ vt plures
eterne veritatis capiat rationes: q̃ ſi
quis decẽ annis ſtuduiſſet in ſcholis
Ego doceo ſine ſtrepitu verboꝝ ſine
cõfuſiõe opinionũ ſine faſtu honoris
ſine pugnatiõe argumẽtoꝝ. Ego ſuz
qui doceo terrena deſpicere preſentia
faſtidire: eterna querere: eterna ſape
re: honores fugere: ſcãdala ſufferre:
omne ſpem in me ponere: extra me
nil cupere: ⁊ ſup oĩa ardẽt me amare.
Nã qdã amãdo me itime didicit di-
uina ⁊ loquebat̃ mirabilia. Plus pro
fecit ⁊ relinquẽdo oĩa q̃ in ſtudendo
ſubtilia. Sʒ aliis loquor cõia aliis ſpe
cialia: aliqbus in ſignis ⁊ figuris dul
citer appareo: qbuſdã vero i multo lu
mine reuelo myſteria. Vna vox li-
broꝝ: ſʒ nõ oẽs eque iformat: qꝛ itus
ſuz doctor veritatis: cordis ſcrutator
cogitationũ intellector: actionuz pro-
motor: diſtribuẽs ſingulis ſic dignuz
iudicauero.

❡ De non attrahendo ſibi res exteriores. ❡ Capi. xlix.

Fili in multis oʒ te eẽ inſciuz: ⁊
eſtimare te tanq̃ mortuũ ſuper
terrã ⁊ cui totus mundus crucifixus
ſit. Multa ẽt oʒ ſurda aure pertranſi
re ⁊ que tue pacis ſunt magis recogi
tare. Utilius ẽ oculos a rebus diſpli-
centibus auertere ⁊ vnicuiqʒ ſuũ ſen
tire relinquere: q̃ cõtẽtioſis ſermoni
bus deſeruire. Si bene ſteteris cum
deo ⁊ eius iudiciũ aſpexeris: facilius
te victuz portabis. O dñe quouſqʒ ve
nimus? Ecce dãnum defletur tẽpora
le: ꝓ modico queſtu laboratur ⁊ cur-
ritur: ⁊ ſpirituale detrimẽtũ i obliuio
neʒ tranſit: ⁊ vix ſero reditur. Quod
parũ vel nihil prodeſt attẽditur: ⁊ qḋ
ſumme neceſſariuz eſt negligẽter pre
teritur: qꝛ totus homo ad externa de
fluit: ⁊ niſi cito reſipiſcat: libens in ex
terioribus iacet.

❡ Quod oibus nõ ẽ credẽdũ: ⁊ de facili lapſu vboꝝ. C.l.

Da mihi auxiliũ dñe de tribula
tione: qꝛ vana ſalus hoĩs. Q̃ ſe
pe ibi non inueni fidem: vbi me habe
re putaui. Quotiens etiã ibi repperi:
vbi minus p̃ſumpſi. Vana ergo ſpes
in hoibus: ſalus aũt iuſtoꝝ i te deus.

Bñdictus ſis dñe ds i oībus que no-
bis accidūt: infirmi ſumuſ ⁊ iſtabileſ:
cito fallimuſ ⁊ pmutamur. Quiſ ē hō
q ita caute ⁊ circūſpecte in oībus ſe cu
ſtodire valet ut aliqñ i aliquā deceptio
nē vel pplexitatē nō veniat? Sʒ q in te
dñe ↄfidit ac ſimplici ex corde q̃rit nō
tā facile labit̃. Et ſi iciderit aliq̃ tribu
lationē quōcūqʒ ēt fuerit iplicatus: ci
tius p te eruet̃ aut a te ↄſolabit̃: qꝛ tu
nō deſeriſ i te ſperātē vſqʒ in finē. Ra
rus fidus amicus in cūctis amici pſe
uerās pſſuris. Tu dñe tu ſolus es fi-
deliſſimus in oībuſ: ⁊ p̄ter te nō alter
taliſ. O q̄ bñ ſapuit illa aīa ſcā que di
xit: mēs mea ſolidata ē ⁊ i xp̄o funda
ta. Si ita mecū foret: nō tam facile ti-
mor humanus me ſollicitaret nec ver
boꝝ iacula mouerēt. Quis oīa p̄uide
re: qs precauere futura mala ſufficit?
Si p̄uiſa ēt ledūt ſepe: qd iprouiſa ni
ſi grauiter ēt feriūt? Sed quare mihi
miſero nō melius prouidi? Cur etiaʒ
tam facile alijs credidi? Sʒ hoīes ſu-
mus nec aliđ q̄ fragiles hoīes ſumuſ
etiā ſi angeli a multis eſtimamur ⁊ di
cimur. Cui credā dñe: cui credā niſi
tibi? Veritas es que nō fallis nec fal
li potes. Et rurſū: Oīs homo mēdax
infirmus: inſtabilis ⁊ labiliſ: maxime
in verbiſ: ita ut ſtatiʒ vix credi debeat
q̄ rectū i facie ſonare videt̃: quā pru
denter p̄monuiſti cauēdū ab hoībus
⁊ qꝛ inimici hoīs domeſtici eius nec
credēdū ſi qs dixerit ecce hic aut ecce
illic. Doctus ſuʒ damno: ⁊ vtinaʒ ad
cautelā maiorē: nō ad inſipiētiaʒ mihi
Cautus eſto qdā ait: cautus eſto: ſer
ua apud te quod dico. Et dū ego ſileo
⁊ abſcōditū credo: nec ille ſilet̃ poteſt
quod ſilēdū petijt: ſʒ ſtatiʒ prodit me
⁊ ſe ⁊ abijt. Ab huiuſmodi fabulis ⁊ i
cautis hoībus protege me dñe ne in
manuſ eoꝝ icidā nec vnq̄ talia ↄmit
tā. Verbū veꝝ ⁊ ſtabile da i oſ meū ⁊
linguā callidā lōge fac a me. Qd pati
nolo: oīmode cauere debeo. O q̄ bo-
nū ⁊ pacificū de alijs ſilere: nec aliud
indifferēter oīa credere: neqʒ d facili
vlterius effari: pauciſ ſe ip̄uʒ reuelare
te ſemp inſpectorē cordiſ querere: nec
oī vēto verboꝝ circūferri: ſʒ oīa itima
⁊ externa ſʒ tue bñplacitū volūtatis
optare pfici. Quā tutū pro ↄſeruatōe
celeſtiſ gratie humanā fugere apparē
tiā: nec appetere que foris admiratio
neʒ vident̃ p̄bere: ſʒ ea tota ſedulitate
ſectari que vite emēdationē dāt ⁊ fer-
uorē: quaʒ multis nocuit virtus ſcita
ac prepropere laudata: q̄ ſana ↄſuit
gratia ſilētio ſeruata i hac fragili vita
que tota tentatio fertur ⁊ malitia.

¶ De ↄfidentia in deo hñda qñ in-
ſurgunt verboꝝ iacula. ¶ Capi. li.

Fili ſta firmit̃ ⁊ ſpera i me. Quid
n. ſunt v̄ba niſi verba? Per aereʒ
volant: ſed lapidē non ledunt. Si re-
us es cogita q̄ te libenter velis emen
dare. Si nihil tibi cōſcius es: penſa
q̄ velis libenter pro deo hoc ſuſtine-
re. Parum ſatis eſt ut vel verba inter
dum ſuſtineas qui needum fortia ver
bera tolerare vales. Et quare tam
parua tibi ad coꝛ tranſeunt: niſi quia
adhuc carnalis es: ⁊ homineſ magis
q̄ oportet attendis? Nam quia de-
ſpici metuis reprehendi pro exceſſi-
bus non vis: ⁊ excuſationum queris

vmbracula. Sed inſpice te melius & agoſces q2 viuit adhuc in te mundus & vanus amor placendi hominibus. Cũ eniz baſſari refugis & cõfundi p defectibus: conſtat vtiqz q nec vere humilis ſis nec vere mũdo mortuus nec tibi mundus crucifixus. Sed audi verba mea: & nõ curabis decez milia hominũ verba. Ecce ſi cuncta contra te dicerẽtur que fingi malicioſiſſime poſſent: quid tibi noceret ſi omnino trãſire permitteres nec pluſq̃ feſtucam ppenderes? Nunqd vel vnũ capillũ tibi extrahere poſſent? Sed qui cor intus nõ hz nec deũ pre oculis: faciliter verbo mouetur vituperatiõis. Qui autez in me cõfidit nec proprio iudicio ſtare appetit: abſqz humano terrore erit. Ego.n.ſuz iudex & cognitor oĩuz ſecretorum: ego ſcio qualiter res acta eſt: ego iniuriãtẽ noui & ſuſtinentẽ. A me erit verbuz iſtud: me permittente hoc accidit: vt reuelentur ex multis cordibus cogitatiões. Ego reum & inocentez iudicabo: ſed occulto iudicio vtrũqz ante pbare volui. Teſtimoniũ hoĩuz ſepe fallit: meum iudiciũ veruz eſt: ſtabit & non ſubuertetur: latet plerũqz & paucis ad ſingula patet: nũq̃ tñ errat nec errare põt: etiã ſi oculis inſipientiũ nõ rectuz videatur. Ad me ergo recurrẽdũ eſt in omni iudicio: nec pprio innitendũ arbitrio. Juſtus eniz nõ conturbabitur quicqd a deo ei acciderit. Etiã ſi iniuſte aliquid cõtra euz platuz fuerit: nõ multum curabit. Sed nec vane exultabit ſi per alios rationabiliter excuſetur. Penſat nãqz q2 ego ſum ſcrutans corda & renes qui non iudico ẽm faciem & humanaz apparentiã. Naz ſepe in oculis meis reperit̃ culpabile: qd hoĩuz iudicio creditur laudabile. Dñe deus iudex iuſte fortis & patiens qui hominũ noſtri fragilitatẽ & prauitatẽ eſto robur meum & tota fiducia mea. Nõ eniz mihi ſufficit cõſcientia mea: tu noſti quod ego nõ noui: & ideo i oĩ reprehenſione me humiliare debui & mãſuete ſuſtinere. Ignoſce ergo mihi ppitius quotiẽs ſic nõ egi: & dona iterũ grãz amplioris ſufferẽtie. Melior eſt.n.mihi tua copioſa miſericordia ad cõſecutionẽ indulgẽtie: q̃ mea opinata iuſtitia pro defenſiõe latentis cõſcientie: Et ſi nihil mihi ↄſcius ſuz tñ in hoc me iuſtificare nõ poſſuz: q2 remota miſericordia tua non iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuẽs.

¶ Quot oĩa grauia pro eterna vita ſunt tolerãda. ¶ Capitulum.lij.

Fili nõ frangant te labores quos aſumpſiſti pter me nec tribulationes te deijciant vſqzquaqz: ſz mea pmiſſio i oĩ euentu te roboret & cõſoletur: ego ſufficiẽs ſuz ad reddẽdum ſupra omnẽ modũ & mẽſurã. Nõ hic diu laborabis: nec ſemp grauaberis doloribus. Expecta pauliſper & videbis celerem finẽ malorũ. Veniet vna hora qñ ceſſabit oĩs labor & tumultus Modicũ eſt & breue omne quod trãſit cũ tempore. Age ergo vt agis fideliter: labora i vinea mea: ego ero merces tua. Scribe lege: canta: geme: tace: ora: ſuſtine viriliter contraria: digna ẽ his oĩbus & maioribus prelijs vita eterna. Veniet pax i die vna que

nota eſt dño. Non enim erit dies vel nox huius .ſ. temporis: ſ3 lux ꝑpetua: claritas infinita pax firma ⁊ reqes ſecura. Nō dices tunc: qs me liberabit de corpore mortis huius nec clamabis: heu mihi q2 icolatus meus ꝓlongatus eſt: qm̄ ꝑcipitabit' mors ⁊ ſalus erit idefectiua: anxietas nulla iocunditas: beata ſocietas dulcis ⁊ decora. O ſi vidiſſes ſcōꝝ i celo coronas ꝑpetuas: quāta quoq3 nūc exultant gloria qui huic mūdo olim cōtemptibiles ⁊ quaſi vita ipſi indigni putabant' profecto te ſtati3 humiliares vſq3 ad terrā: ⁊ affectares potius oībus ſubeſſe ꝙ vni ꝑeſſe: nec huius vite letos dies cōcupiſceres: ſ3 magis ꝓ deo tribulari gauderes: ⁊ ꝓ nihilo inter hoīes ꝯputari maximū lucrum duceres. O ſi tibi hec ſaperēt ⁊ ꝓfunde ad cor trāſirent quō auderes vel ſemel cōqueri? Nōne ꝓ vita eterna cūcta laborioſa ſunt tolerāda? Nō ē paruu3 quid lucrari aut ꝑdere regnu3 dei. Leua igitur faciem tua3 in celo. Ecce ego ⁊ oēs ſancti mei mecū qui i hoc ſeculo magnu3 habuere certamē modo gaudent: mō cōſolātur: ⁊ modo ſecuri ſunt: ⁊ mōdo requieſcūt ⁊ ſine fine in regno patris mei permanebunt mecum.

¶ De die eternitatis ⁊ huius vite anguſtijs. ¶ Capitulum. liij.

O Superne ciuitatis māſio beatiſſima. O dies eternitatis clariſſima quā nox nō obſcurat: ſ3 ſumma veritas ſemper irradiat: dies ſemper leta. ſemꝑ ſecura: ⁊ nunꝙ ſtatum mutans in ꝯtraria. O vtinā dies illa illuxiſſet ⁊ cūcta hec temporalia finē accepiſſet. Lucet quidē ſanctis ꝑpetua claritate ſplēdida: ſ3 nō niſi a longe per ſpeculu3 peregrinātibus in terra. Norunt celi ciues ꝙ gaudioſa ſit illa: gemūt exules filij eue ꝙ amara ⁊ tedioſa ſit iſta: dies huius tēporis parui ⁊ mali: pleni doloribus ⁊ anguſtijs vbi homo multis peccatis inquinatur: multis paſſionibus irretitur: multis timoribus ſtringitur: multis curis diſtēdit': ⁊ multis curioſitatibus diſtrahit': multis vanitatibus iplicat' mult' erroribus circūfunditur: multis laboribus atterit': tētatiōibus grauat': delicijs eneruat': egeſtate cruciat'. O qñ finis hoꝝ multoꝝ laboꝝ3: qñ liberabor a miſera ſeruitute vicioꝝ. Quando memorabor dñe tui ſolius: quādo ad plenū letabor in te. Qñ ero ſine oi impedimento ⁊ in vera libertate ſine omni grauamine mentis ⁊ corporis. Quando erit pax ſolida: pax iperturbabilis ⁊ ſecura: pax itus ⁊ foris: pax ab omni parte firma. Ieſu bone qñ ſtabo ad vidēdu3 te: qñ cōtemplabor gloria3 regni tui: quādo eris mihi oīa in oībus. O quādo ero tecū in regno tuo quod ꝑparaſti dilectis tuis ab eterno. Relictus ſu3 paup ⁊ exul i terra hoſtili. vbi bella quotidiana ⁊ infortunia maxima. Conſolare exiliu3 meū: mitiga dolorē meum: q2 ad te ſuſpirat omne deſiderium meū. Nam onus mihi totū eſt quicquid mūdus hic offert ad ſolatium. Deſidero te intime frui: ſed nequeo apprehendere. Opto inherere celeſtibus: ſed deprimūt res tēporales ⁊ imortificate paſſiones. Mēte oībus rebus ſupereſſe

volo: carni autē inuite ſubeſſe cogor
Sic ego īfelix hō mecū pugno: ⁊ fa-
ctus ſum mihimetipſi grauis: dū ſpi-
ritus ſurſū ⁊ caro q̄rit eē deorſū. O
q̄d ītus patior dū mēte celeſtia tracto
⁊ mox carnaliū turba occurrit oranti
Deus meus ne elongeris a me neqȝ
d̄clines ī ira a ſeruo tuo. Fulgura co
ruſcationē tuā ⁊ diſſipa eas: emitte ſa
gittas tuas ⁊ cōturbent oēs fantaſie
inimici. Recollige ſenſus meos ad te
Fac me obliuiſci oīum mūdanoꝝ: da
cito abijcē ⁊ ɔtēnē fantaſmata vicioꝝ
Succurre mihi eterna veritas vt nul
la me moueat vanitas. Adueni cele-
ſtis ſuauitas ⁊ fugiat a facie tua oīs
īpuritas. Ignoſce quoqȝ mihi ⁊ miſe
ricordit̄ īdulge quotiēs p̄ter te aliud
ī oratiōe reuoluo. Cōfiteor eteniȝ ve-
re qȝ valde diſtracte me hēre ɔſueui.
Nā ibi multotiēs nō ſuȝ vbi corpora
lit̄ ſto aut ſedeo: ſȝ ibi mag̃ ſum quo
cogitatiōibus feror. Ibi ſuȝ vbi cogi-
tatio mea ē. Ubi ē frequēter cogitatio
mea: ibi ē id q̄d amo: hoc mihi cito oc
currit q̄d naturalit̄ d̄lectat aut ex vſu
placet. Unū tu veritas apte dixiſti: Ubi
n. ē teſaurus tuus. ibi ē ⁊ cor tuū. Si
celū diligo: libēter de celeſtibus pēſo:
ſi mūdū amo felicitatibus mūdi con-
gaudeo: ⁊ de aduerſitatibus eius tri-
ſtor. Si carnē diligo: q̄ carnis ſūt ſepiſ
ſime imagior. Si ſpiritū amo: d̄ ſpiri-
tualibus cogitare d̄lector. Quecūqȝ
n. diligo: d̄ his libēt̄ loquor ⁊ audio:
atqȝ taliū imagines ad domū mecū
reporto. Sȝ beatus ille hō q̄ ꝓpter te
dn̄e oībus creaturis abeūdi licētiam
tribuit: q̄ nature vim facit ⁊ cōcupi-
ſcētias carnis feruor ſpūs crucifigit:
vt ſerenata ɔſciētia purā tibi oratiōnē
offerat: dignuſqȝ ſit āgelicis intereſſe
chorꝭ: oībus terrenis foris ⁊ intus exclu
ſis. ¶ De d̄ſiderio et̄ne vite ⁊ q̄nta
ſint certātibus bōa ꝓmiſſa. Ca. xlix.

Fili mi cū tibi d̄ſideriū et̄ne btītu
dinꝭ d̄ſup īfundi ſentꝭ ⁊ d̄ tabna-
culo corporꝭ exir̄ ɔcupiſcis vt clarita
tē meā ſine viciſſitudinis vmbra ɔtem
plari poſſis: dilata cor tuū ⁊ oī d̄ſide-
rio hāc ſcāȝ īſpirationē ſuſcipe. Redd̄
āpliſſimas ſupne bōitati grās q̄ tecū
ſic dignāt̄ agit: clemēt̄ viſitat: ardent̄
excitat: potēt̄ ſubleuat ne ꝓprio pōde
re ad trena labaris. Neqȝ. n. hoc co-
gitatu tuo cōatu accipis: ſȝ ſola digna
tiōe ſupne grē ⁊ diuini r̄ſpectus: q̄te-
nus ī v̄tutibus ⁊ maiori hūilitate ꝓfi
cias ⁊ ad futura certamina te p̄pares
mihiqȝ toto cordis affectu adherere
ac feruēti volūtate ſtudeas d̄ſeruire.
Fili ſepe ignis ardet: ſȝ ſine fumo flā-
ma n̄ aſcēdit: Sic ⁊ aliquoꝝ d̄ſideria
ad celeſtia flagrāt ⁊ tn̄ a tētatōe carna
lis affectus libi nō ſūt. Idcirco nec oīo
pur̄ ꝓ honor̄ d̄i agūt q̄ tā deſiderant̄
ab eo petūt. Tale ē ⁊ ſepe tuū deſide-
riū q̄d īſinuaſti fore tā īportunū. Nō
n. hoc ē purū ⁊ pfectū q̄d ꝓpa comodi
tate ē īfectū. Pete nō q̄d tibi ē delecta
bile ⁊ comodū: ſȝ q̄d mihi acceptabi-
le ē atqȝ honorificū: q̄ ſi recte iudicaſ
meā ordinatōeȝ tuo d̄ſiderio ⁊ oī deſi
derato p̄ferre debes ac ſeq̄. Noui de
ſideriū tuū ⁊ frequētes gemitus audi
ui. Iā velles eē ī libtate glīe filioꝝ d̄i:
iā te d̄lectat domꝰ et̄na ⁊ celeſtꝭ p̄ria
gaudio plēa: ſȝ nōdū vēit hora iſta: ſȝ
ē adhuc aliud tp̄ꝰ belli: vȝ tp̄ꝰ laborꝭ ⁊ p
batōiſ. optaſ ſūmo r̄pleri bono ſȝ n̄ po

tes hoc aſſequi modo. Ego ſuz expe-
cta me dicit dñs donec veniat regnū
dei. Probandus es adhuc in terris ꝛ
in multis exercitandus. Conſolatio
tibi interdū dabit̄: ſʒ copioſa ſatietas
non ꝯceditur. Confortare igit̄ ꝛ eſto
robuſtuſ tā in agēdo ꝙ̄ in patiēdo na
ture ꝯtraria. Oʒ te nouū induere ho
minē ꝛ in alteꝝ viꝝ mutari. Oʒ te ſe-
pe agere qḋ nō vis: ꝛ qḋ vis oʒ te reli
quere. Qḋ alijs placet ꝓceſſuz hēbit
qḋ tibi placet vltra nō proficiet. Qḋ
alij dicūt audiet̄: qḋ tu dicis pro nihi
lo ꝯputabit̄. Petēt alij ꝛ accipient tu
petes nec impetrabis. Erunt alij ma
gni in ore hoium: de te aūt tacebitur.
Alijs hoc vel iſtud cōmittet̄ tu autez
ad nihil vtile iudicaberiſ. Nā pp̄ hoc
nā aliqn̄ ꝯtriſtabit̄: ꝛ magnū ſi ſilens
portaueris. In his ꝛ ſimilibus mult(
ꝓbari ſolet fidelis dñi ſeruus qualit̄
ſe abnegare ꝛ in oibus frāgere quiue
rit. Vix ē aliquid tale in quo tantūdē
mori indiges: ſicut nō videri: ꝛ pati q̄
volūtati tue aduerſa ſunt: maxime āt
cū diſconueniētia ꝛ que minus vtilia
tibi apparēt fieri iubent̄. Et qꝛ nō au
des reſiſter̄ altiori ptāti ſub dñio con
ſtitutus: iō duꝝ tibi videt̄ ad nutū al
terius ambulare ꝛ oē propriū ſentire
omittere. Sʒ pēſa fili hoꝝ fructū la-
boꝝ: celerem finē atq; premiū nimis
magnū: ꝛ nō habebis inde grauamē
ſʒ fortiſſimū patiētie tue ſolamē. Nā
ꝛ pro modica hac volūtate quā nunc
ſpōte deſeris habebis ſemꝑ volūtatē
tuā in celis. Ibi quippe inuenies oē
qḋ volueris: oē qḋ deſiderare potes.
Ibi aderit tibi totius facultas boni ſi

ne timore amittēdi. Ibi voluntaſ tua
vna ſemꝑ mecū nil cupiet extraneum
vel priuatū. Ibi nullus reſiſtet tibi ne
mo de te ꝯqueret̄: nemo īpediet: nil
obuiabit: ſed cuncta deſiderata ſimul
erūt pñtia: totūqʒ affectū tuū reficiēt
ꝛ adimplebunt vſqʒ ad ſummū. Ibi
reddā gloriā pro ꝯtumelia perpeſſa
palliū laudis pro merore: pro loco no
uiſſimo ſedez regni in ſecula. Ibi ap-
parebit fructus obediētie gaudebit la
bor penitētie: ꝛ humilis ſubiectio co-
ronabit̄ glorioſe. Nunc ḡ te inclina
humiliter ſub oium manibus: nec ſit
cure quis hoc dixerit vel iuſſerit: ſed
hoc magnopere curato vt ſiue prela-
tus ſiue minor aut equalis aliquid a
te expoſcerit vel iuuerit: pro bono to-
tum accipias ꝛ ſincera voluntate ſtu-
deas adimplere. Querat alius hoc.
alius illud: glorief̄ ille in illo: ꝛ iſte in
iſto: laudeturqʒ milies mille tu autez
nec in iſto: nec in illo ſʒ tuiipſius gau-
de ꝯtēptu: ꝛ in mei ſolius beneplaci-
to ac honore. Hoc optādum ē tibi: vt
ſiue per vitam ſiue per mortem: deus
ſemper in te glorificetur.

¶ Qualiter hō deſolatus debeat in
manus dei ſe offerre. ¶ Capi. lv.

O Domine dˢ ſancte pr̄ ſis nūc ꝛ
in eternū bñdictus: qꝛ ſicut viſ
factū ē: ꝛ qḋ facis bonū ē. Letet̄ in te
ſeruus tuus: nō i ſe nec in aliquo alio
qꝛ tu ſolus leticia vera tu ſpes mea et
corona mea tu gaudiuz meū ꝛ honor
meus dñe. Quid hʒ ſeruus tuus niſi
qḋ a te accepit etiam ſine merito ſuo.
Tua ſunt oīa que dediſti ꝛ que feciſti
Pauꝑ ſuz ꝛ in laboribus meis a iuuē

tute mea: ⁊ contriſtatur aīa m[illegible]a non
nūꝙ vſq; ad lachrymas: qūq; ēt con-
turbat̄ ad ſe ꝑꝑ imminētes paſſiones
Deſidero pacis gaudiū pacē filioꝝ tu
oꝝ flagito qui in lumine ꝯſolationis
a te paſcunt̄. Si das pacē: ſi gaudiuȝ
ſanctuȝ infundis: erit aīa ſerui tui ple
na modulatōe ⁊ deuota in laude tua.
Sȝ ſi te ſubtraxeris ſicut ſepiſſime ſo
les: nō poterit currere viā mādatoꝝ
tuoꝝ: ſȝ magis ad tundēdū pectus ge
nua incuruant̄: qꝛ nō eſt illi ſicut heri
⁊ nudiuſtertius qū ſplēdebat lucerna
tua ſuper caput eius: ⁊ ſub vmbra ala
rum tuaꝝ protegebat̄ a tentationibuſ
irruentibus. Pater iuſte ⁊ ſemper lau
dande venit hora ut probet̄ ſeruus tu
us. Pater amāde dignum eſt ut hora
hac patiatur ꝓ te aliquid ſuus tuus
Pater perpetue venerāde venit hora
quā ab eterno preſciebas affuturā ut
ad modicū tempus ſuccūbat foris ſer
uus tuus viuat v̄o ſemper apud te in-
tus: paululū vilipēdatur: humilietur
⁊ deficiat coraȝ hoībus: paſſionibus
cōteratur ⁊ languoribus: vt iteꝝ tecū
in aurora noue lucis reſurgat ⁊ in ce-
leſtibus clarificetur. Pat̄ ſancte tu ſic
ordinaſti ⁊ ſic voluiſti: ⁊ hoc factū eſt
qd̄ ipſe precepiſti. Hec eſt .n. gratia ad
amicū tuū pati: ⁊ tribulari in mundo
pro amore tuo: quotienſcūq; a quo-
cūq; ⁊ quōcunq; id per miſeris fieri.
Sine conſilio ⁊ prouidētia tua: ⁊ ſine
cauſa nihil fit in terra. Bonum mihi
dn̄e ꝙ humiliaſti me: ut diſcam iuſti-
ficationes tuas: ⁊ oēs elationes cor-
dis atq; preſumptionis abijciā. Uti-
le mihi ꝙ cōfuſio cooperuit faciē me-
am ut te potius ꝙ homines ad conſo
landum requirā. Didici etiaȝ ex hoc
inſcrutabile iudiciū tuum expauſce-
re qui affligis iuſtum cū impio: ſȝ non
ſine equitate ⁊ iuſtitia. Gratias tibi
qꝛ non peperciſti malis meis: ſȝ attri
uiſti me verberibus amoris infligenſ
dolores: ⁊ immittēs anguſtias foris
⁊ intus. Nō eſt qui me conſoletur ex
omnibus que ſꝫ celo ſunt: niſi tu dn̄e
deus meus: celeſtis medicus aīaruȝ:
qui percutis ⁊ ſanas: deducis ad infe
ros ⁊ reducis. Diſciplina tua ſuꝑ me:
⁊ virga tua ipſa me docebit. Ecce pa-
ter dilecte in manibus tuis ego ſum:
ſub virga correctionis tue me inclino:
percute dorſum meum ⁊ collum meū
ut incuruē ad voluntatē tuaȝ tortuoſi-
tatē meā. Fac me piuȝ ⁊ humilē diſci
puluȝ ſicut bene facere conſueuiſti: ut
ambulē ad oēm nutum tuuȝ. Tibi me
et omnia mea ad corrigendū commē
do: melius eſt hic corripi ꝙ in futuro
Tu ſcis omnia et ſingula: et nil te la-
tet in humana conſcientia. Anteꝙ fi
ant noſti ventura: ⁊ non opus eſt tibi
ut quiſ te doceat aut admoneat de hiſ
que gerunt̄ in terra. Tu ſcis quid ex
pedit ad profectum meū: ⁊ quantum
deſeruit tribulatio ad rubiginem vi-
tiorum purgandā. Fac mecū deſide-
ratum beneplacitum tuum ⁊ ne deſpi
cias peccaminoſaȝ vitam meam: nul
li melius nec clarius ꝙ tibi ſoli notā.
Da mihi dn̄e ſcire quod ſciendum eſt:
hoc amare quod amandum eſt: hoc
laudare quod tibi ſumme placet: hoc
reputare quod tibi precioſum appa-
ret: hoc vituperare quod oculis tuis

ſordeſcit. Non me ſinas ſm viſionez
oculoꝝ exteriorū iudicare: neqꝫ ſm
auditum aurium hoīum imperitorum
ſententiare: ſꝫ in iudicio vero de viſi-
bilibus ⁊ ſpiritualibus diſcernere: at-
qꝫ ſuper oīa voluntatē beneplaciti tui
ſemꝑ inquirere. Fallunt̄ ſepe hoīum
ſenſus in iudicando: fallunt̄ ⁊ amato
res ſeculi viſibilia tantūmō amando.
Quid eſt hō inde melior: q꜡ reputat̄
ab hoīe maior? Fallax fallacē: vanus
vanū: cecus cecū: infirmus infirmuz
decipit dū exaltat: ⁊ veraciter magis
ꝯfundit: dum inaniter laudat. Nam
quantū vnuſquiſqꝫ eſt in oculis tuis:
tantuz eſt ⁊ non amplius ait humilis
ſanctus frāciſcus.

¶ Quod humilibus inſiſtendū ē operibus cū deficitur a ſummis. ¶ Capitulū. lvi.

FIli nō vales ſemꝑ in feruentiori
deſiderio virtutū ſtare: nec in al
tiori gradu cōtemplationis: ſꝫ neceſſe
habes interdū ob originalē corrupte-
lam ad inferiora deſcēdere ⁊ onus cor
ruptibilis vite etiā inuite ⁊ cum tedio
portare. Quādiu mortale corpus ge-
ris: tediuz ſenties ⁊ grauamē cordis.
Oꝫ ergo ſepe in carne de carnis one-
re gemere: eo qꝫ non vales ſpirituali-
bus ſtudijs ⁊ diuine contemplationi
indeſinenter inherere. Tunc expedit
tibi ad humilia ⁊ exteriora opera ꝯfu
gere ⁊ in bonis te actibus recreare. ad
uentum meū ⁊ ſupernā viſitationē fir
ma confidentia expectare exilium tu
um ⁊ ariditatē mentis patiēter ſuffer
re: donec iterū a me viſiteris: ⁊ ab om
nibus anxietatibus libereris. Naz fa
ciam te laborū obliuiſci ⁊ interna quie
te perfrui. Expandam coraz te prata
ſcripturaꝝ: ut dilatato corde currere
incipias viam mandatoꝝ meoꝝ: ⁊ di
ces. Non ſunt cōdigne paſſiones hu
ius tp̄is ad futurā gloriā que reuela-
bitur in nobis.

¶ Quod hō nō reputet ſe conſolatione dignū: ſed magis verberibus reum. ¶ Capi. lvij.

DOmine nō ſum dignus ꝯſola-
tione tua: nec aliqua ſpirituali
viſitatione: et iō iuſte mecum agis qñ
me inopē ⁊ deſolatū relinquis. Si. n.
ad inſtar maris lachrymas fundere
poſſem: adhuc ꝯſolatione tua dignus
nō eēz. Unde nihil dignus ſuz: qꝫ fla
gellari ⁊ puniri: q꜡ grauiter ⁊ ſepe te
offendi: ⁊ in multis valde deliqui. Er
go vera penſata ratione: nec minima
ſum dignus ꝯſolatione: ſꝫ tu clemens
⁊ miſericors qui nō vis perire opera
tua: ad oſtendēdū diuitias bonitatis
tue in vaſa miſericordie tue: ēt p̄ter
oē propriū meritū dignaris ꝯſolari
ſeruū tuū ſupra humanū modū. Tue
n. ꝯſolationes nō ſunt ſicut humane
confabulatiōes. Quid egi dn̄e vt mi
hi ꝯferres aliquā celeſtē ꝯſolationez?
Ego nihil boni me egiſſe r̄colo: ſꝫ ſē
ꝑ ad vitia ꝓnū ⁊ ad emendationē pi
grū fuiſſe. Uerū eſt ⁊ negare nō poſ
ſum. Si aliter dicerē: tu ſtares contra
me ⁊ non eſſet qui defenderet. Quid
merui pro peccatis meis: niſi infernū
⁊ ignē eternum? In veritate cōfiteor
quoniā dignus ſum oī ludibrio ⁊ con
tēptu: nec decet me iter deuotos tuos
cōmorari. Et lꝫ hoc egre audiā tñ ad
uerſū me ꝓ vitate peccata mea arguā
ut facilius miſericordiā tuam merear

impetrare. Quid dicaꝫ reus c[illegible] di con
fuſiōne plenus? Non habeo os loquē
di: niſi hoc tm̄ verbū: peccaui dn̄e pec
caui miſerere mei: ignoſce mihi. Si
ne me paululū ut plangā dolorē meū
anteꝙ̄ vadā ad terrā tenebroſaꝫ ⁊ op
tam mortis caligine. Et quid tā maxi
me a reo ⁊ miſero peccatore requiris
niſi ut cōteratur ⁊ humiliet ſe pro deli
ctis ſuis? In vera cōtritione ⁊ cordis
humiliatione naſcit̄ ſpes venie. recon
ciliatur ꝑturbata ꝯſcientia reparatur
gratia perdita tuetur hō a futura ira:
⁊ occurrūt ſibi mutuo ī oſculo ſancto
deus ⁊ penitens aīa. Humilis pecca
toꝝ: cōtrictio acceptabile tibi eſt dn̄e
ſacrificiuꝫ: longe ſuauius odorans in
cōſpectu tuo ꝙ̄ thuris incenſuꝫ. Hoc
eſt gratū etiaꝫ vnguentū quod ſacris
pedibus tuis infundi voluiſti: qꝛ cor
cōtritū ⁊ humiliatū nunꝙ̄ deſpexiſti.
Ibi eſt locus refugij a facie ire inimi
ci: ibi emendatur ⁊ abluitur quicquid
aliunde contractuꝫ eſt: ⁊ inquinatum

¶ De gratia que non miſcetur terre
na ſapientibus: ¶ Capitulum. lviij.

Fili precioſa eſt gratia mea nō pa
tit̄ ſe miſceri extrāeis rebus: nec
conſolationibus terrenis. Abijcere ḡ
oꝫ oīa ipedimenta gratie ſi optas eius
infuſionē ſuſcipere. Pete ſecretū tibi
ama ſolus hītare tecū nullius requi
re cōfabulationē: ſꝫ magis ad deū de
votā effunde precē ut cōpunctaꝫ tene
as mentē ⁊ purā conſcientiā. Totum
mundū nihil eſtima dei vacationē oī
bus exterioribus antepone. Non. n.
poteris mihi vacare: ⁊ in tranſitorijs
pariter delectari. A notis ⁊ a charis
amicis oꝫ elongari: ⁊ ab omni tp̄ali ſo
latio menteꝫ tenere priuatā. Sic obſe
crat beatus ap̄ls petrus: ut tanꝙ̄ ad
uenas ⁊ peregrinos in hoc mundo ſe
ꝯtineāt xpi fideles. O quanta fiducia
erit morituro quē nullius rei affectus
detinet in mundo. Sꝫ ſic ſegregatum
cor hr̄e ab oībus eger: necdū capit ani
mus: nec animalis hō nouit interni
hoīs libertateꝫ. Attamen ſi vere velit
eſſe ſpiritualis oꝫ eū renunciare taꝫ re
motis ꝙ̄ propinquis: ⁊ a nemine ma
gis cauere ꝙ̄ a ſeipſo. Si temetipſuꝫ
perfecte viceris cetera facilius ſubiu
gabis. Perfecta nāqꝫ victoria ē de ſe
metipſo triumphare. Qui. n. ſemetip
ſum ſubiectū tenet ut ſenſualitas ratio
ni ⁊ ratio in cunctis obediat mihi hic
vere victor ē ſui ⁊ dn̄s mundi. Si ad
hūc apicē ſcandere gliſcis: oꝫ viriliter
incipere ⁊ ſecurim ad radicē ponere
ut euellas ⁊ deſtruas occultā ⁊ inordi
natam inclinationē ad teipſuꝫ ⁊ ad oē
ꝑuatū et mālē bonū. Ex hoc vitio ꝙ
hō ſemetipſum nimis inordinate dili
git pene totū pendet quicqd radicali
ter vincendū eſt. Quo deuicto ⁊ ſub
acto malo: pax magna ⁊ tranquilitas
erit cōtinuo. Sꝫ qꝛ pauci ſibiipſis per
fecte mori laborant nec plene extra ſe
tendunt: propterea in ſe implicati re
manent: nec ſupra ſe in ſpiritu eleuari
poſſunt. Qui autē libere mecū ambu
lare deſiderat: neceſſe ē vt oēs prauas
et inordinatas affectiones ſuas mor
tificet: atqꝫ nulli creature ꝑuato amo
re concupiſcenter inherrat.

¶ De diuerſis motibus nature et
gratie. ¶ Capitulum. lix.

FIli diligenter aduerte motuſ na-
ture ⁊ gratie q: valde contrarie
⁊ ſubtiliter mouentur: ⁊ vix niſi a ſpi
rituali ⁊ intimo illuminato homie di-
ſcernūt. Omnes quidem bonū appe
tunt ⁊ aliquid boni in ſuis dictis vel
factis pretēdunt: ideo ſub ſpecie boni
multi falluntur. Natura callida eſt ⁊
multos trahit illaqueat ⁊ decipit: ⁊ ſe
ſemꝑ pro fine hʒ. Sed gratia ſimpli-
citer ambulat: ⁊ ab omni ſpecie mala
declinat fallacias nō pretēdit ⁊ oīa pu
re ꝓpter deuʒ agit: in quo ⁊ finaliter
requieſcit. Natura inuite vult mori:
nec premi nec ſupari nec ſubeſſe nec
ſpōte ſbiugari. Gr̄a vero ſtudet mor-
tificatiōi proprie reſiſtit ſenſualitati.
q̄rit ſubijci appetit vinci: nec propria
vult lībtate fungi ſub diſciplina amat
teneri: nec alicui cupit dn̄ari: ſed ſub
deo ſemꝑ viuere ſtare ⁊ eſſe: atqʒ pro
pter deū omni humane creature hu-
militer pata ē inclinari. Natura pro
ſuo comodo laborat ⁊ q̄d lucri ex alio
ſibi ꝓueniat attēdit. Gratia aūt nō q̄d
ſibi vtile ⁊ comodoſuʒ ſit ſʒ qd̄ multiſ
proficiat magis conſiderat. Natura
libenter honorē ⁊ reuerētiam accipit.
Gratia vero omnē honorē ⁊ gloriam
deo fideliter attribuit. Natura confu
ſionē timet ⁊ contēptū. Gr̄a aūt gau-
det ꝓ noīe ieſu cōtumeliā pati. Natu
ra ociū amat ⁊ q̄etē corporalē. Gr̄a
aūt vacua eſſe nō p̄ōt. ſʒ libenter am-
plectit̄ laborē. Natura querit curio-
ſa habere ⁊ pulchra. ⁊ abhorret vilia ⁊
groſſa. Gr̄a vero ſimplicibus dele-
ctatur ⁊ humilibus: aſpera nō aſper-
natur: nec vetuſtis refugit indui pan-
nis. Natura reſpicit temporalia gau-
det ad lucra terrena: triſtat̄ de dāno
irritat̄ leui iniurie v̄bo. Sʒ gr̄a atten
dit eterna: non inheret tp̄alibus: nec
in ꝑditiōe rerū turbatur neqʒ verbis
durioribus acerbat̄: q: theſauruʒ ſuū
⁊ gaudiuʒ in celo vbi nil ꝑit cōſtitu
it. Natura cupida eſt ⁊ libētius: acci-
pit q̄ꝫ donat: amat propria ⁊ priuata:
Gr̄a aūt pia ē ⁊ cōmunis vitat ſingu-
laria: cōtentatur paucis beatius iudi
cat dare q̄ꝫ accipere. Natura inclinat
ad creaturas: ad carnē ꝓpriā: ad va-
nitatē ⁊ diſcurſus. Sʒ gr̄a trahit ad
deū ⁊ ad virtutes renūciat creaturis
fugit mūduʒ odit carnis deſideria. re
ſtringit euagatiōes erubeſcit in publi
co apparere. Natura libēter aliq̄d ſo
latiuʒ hʒ externuʒ in quo delectet̄ ad
ſenſuʒ. Sʒ gr̄a in ſolo deo q̄rit conſo
lari: ⁊ in ſummo bono ſuper oīa viſibi
lia dlectari. Natura totuʒ agit ꝓpter
lucruʒ ⁊ comodū ꝓprium: nihil gra-
tis facere poteſt. ſʒ aut equale aut me
lius aut laudē vel fauorē pro bn̄factis
cōſequi ſperat: ⁊ multū pōderari ſua
geſta ⁊ dona cōcupiſcit. Gr̄a vero nil
tp̄ale querit nec aliud p̄miū q̄ꝫ deum
ſolū ꝓ mercede poſtulat nec ampliuſ
de tp̄alibus neceſſarijs deſiderat niſi
quātū hec ſibi ad aſſecutionē eterno-
rū valeāt dſeruire. Natura gaudet d
amicis multis ⁊ propinq̄s gl̄iatur de
nobili loco ⁊ ortu generis arridet po
tētibus blāditur diuitibus applaudit
ſibi ſimilibus Gr̄a aūt ⁊ inimicos di-
ligit: nec d amicoꝝ turba extollit̄: nec
locū nec ortū nataliū reputat niſi vir-
tus maior ibi fuerit fauet magis pau-

peri q̄ diuiti compatitur plus innocē
ti q̄ potenti ꝯgaudet veraci nō fallaci
exhortat̄ ſemper bonos meliora cariſ
mata emulari ⁊ filio dei ꝑ virtutes aſ
ſimilari. Nā de defectu ⁊ moleſtia ci-
to conqueritur. Gratia cōſtanter fert
inopiā. Nā oīa ad ſe reflectit ꝓ ſe cer
tat ⁊ arguit: Grā aūt ad deū cūcta re-
ducit vn̄ originalit̄ emanat: nihil boni
ſibi aſcribit nec arrogāter preſumit nō
ꝯtendit: nec ſuā ſentētiā alijs prefert:
ſꝫ in oī ſenſu ⁊ intellectu eterne ſapiē-
tie: ac diuio examini ſe ſubmittit. Nā
appetit ſcir̄: ⁊ noua ſecreta audir̄: vult
exterius apparere ⁊ multa per ſenſus
experiri: deſiderat agnoſci ⁊ agere vn̄
laus ⁊ admiratio procedit. Sꝫ gratia
non curat noua nec curioſa ꝑcipere:
qꝛ totū hoc de vetuſtate corruptionis
eſt ortū cū nihil nouū ⁊ durabile ſit ſu
per terrā. Docet itaqꝫ ſenſus reſtrige
re vanā cōplacētiā ⁊ oſtētationē deui-
tare: laudāda ⁊ digne mirāda humili
ter abſcōdere ⁊ de omni re ⁊ de oī ſciē
tia vtilitatꝭ fructū: atqꝫ dei laudē ⁊ ho
noreꝫ querere. Nō vult ſe nec ſua pre
dicari: ſꝫ deū in donis ſuis optat bene
dici qui cuncta ex mera charitate lar-
gitur. Hec gratia ſupernāle lumen et
quoddā dei ſpeciale donū eſt: ⁊ ꝓprie
electoꝝ ſignaculū ⁊ pignus ſalutꝭ eter
ne que hoīeꝫ de tr̄enis ad celeſtia amā
da ſuſtolit: ⁊ de carnali ſpiritualē effi-
cit. Quanto igitur nā amplius premi
tur ⁊ vincitur tāto maior gratia infun
ditur ⁊ quotidie nouis viſitationibus
interior hō ſm̄ imaginē dei reformat̄.

¶ De corruptione nature ⁊ efficatia gratie diuine. ¶ Capitulum. lx.

Domine deus meus qui me cre
aſti ad imaginē ⁊ ſimilitudinē
tuā cōcede mihi hanc gratiā quā oſtē
diſti mihi taꝫ magnā ⁊ neceſſariaꝫ ad
ſalutē ut vincā peſſimā naturā meam
trahentē ad peccata ⁊ in perditioneꝫ.
Sentio. n. in carne mea legeꝫ peccati
cōtradicentē legi mentis mee ⁊ capti-
uū me ducenteꝫ ad obediendum ſen-
ſualitati in multis: nec poſſum reſi-
ſtere paſſionibuſ eius: niſi aſſiſtat tua
ſanctiſſima gratia cordi meo ardēter
infuſa. Opus eſt gratia tua: ⁊ magna
gratia ut vīcatur natura ad malū ſem
per prona ab adoleſcētia ſua. Nam ꝑ
primū hoīeꝫ adam lapſa ⁊ vitiata per
peccatū in oēs hoīes pena huius ma-
cule deſcendit: ut ipſa natura que bo-
na ⁊ recta a te ꝯdita fuit: pro vitio iaꝫ
⁊ infirmitate corrupte nature ponat̄:
eo q̄ motus eius ſibi relictus ad ma-
lū ⁊ inferiora trahat. Nā modica vis
que remanſit eſt tanq̄ ſcintilla quedā
latens in cinere. Hec eſt ipſa ratio na
turalis circūfuſa magna caligine ad-
huc iudiciū habens boni ⁊ mali: veri
falſiqꝫ diſtātiā licꝫ īpotēs ſit adiplere
oē qd approbat: nec plēo iā lumine vī
tatꝭ: nec ſanitate affectionū ſuaꝝ poti
at̄. Hic ē deus meus: q̄ cōdelector le-
gi tue ſm̄ iteriorē hoīeꝫ ſciens mādatū
tuum fore bonū: iuſtū ⁊ ſanctū: argu-
ens etiā omne malū ⁊ peccatū fugien
dum carne aūt ſeruio legi peccati duꝫ
magis ſenſualitati obedio q̄ rationi.
Hinc eſt q̄ velle bonū mihi adiacet ꝑ
ficere autem non inuenio. Hinc ſepe
multa bona propono: ſed quia gratia
deeſt ad adiuuandū infirmitateꝫ meā

ex leui reſiſtētia reſilio ⁊ deficio. Hinc accidit q̄ viā perfectionis agnoſco ⁊ qualiter agere debeā clare ſatis video ſȝ ꝓprie corruptionis ponder̄ preſſus ad pfectiora nō aſſurgo. O q̄ maxie ē mihi neceſſaria dñe gr̄a tua: ad ichoandū bonū: ad pficiēdū: ⁊ ad pficiendū. Nā ſine ea nihil poſſuȝ facere: oīa aūt poſſum in te: cōfortāte me gratia. O uere celeſtꝭ gr̄a ſine qua nulla ſunt ꝓpria merita: nulla quoqȝ dona nature ponderāda. Nihil artes: nihil diuitie: nihil pulchritudo: nihil igeniū uł eloquētia valēt apud te dñe ſine gratia Nā dona nature bonis ⁊ malis ſunt cōia electoꝝ aūt propriū donū eſt gratia ſiue dilectio qua inſigniti digni habent̄ vita eterna. Tantuȝ eminet hec gratia vt nec donū ꝓphetie nec signoruȝ operatio nec quantalibet alta ſpeculatio aliquid eſtimet̄ ſine ea. Sȝ neqȝ fides: neqȝ ſpes: neqȝ alie virtutes tibi accepte ſunt ſine charitate ⁊ gr̄a. O beatiſſima gratia q̄ pauperē ſpiritu virtutibus diuitē facis ⁊ diuitē multis bonis humilem corde redis: veni dſcende ad me reple me mane conſolatione tua ne deficiat pre laſſitudine ⁊ ariditate mentis aīa mea. Obſecro dñe ut inueniā gratiā in oculis tuis: ſufficit. n. mihi gratia tua ceteris non obtentis que deſiderat natura. Si fuero tentatus ⁊ vexatus tribulatiōibus multis nō timebo mala dū mecuȝ fuerit gratia tua. Ipſa fortitudo mea ipa ꝯſiliū confert ⁊ auxiliū. Cūctis hoſtibus potētior eſt: ⁊ ſapiētior vniuerſis ſapiētibus. Magiſtra ē veritatis: doctrix diſcipline: lumē cordis: ſolamen preſſure: fugatrix triſtitie: ablatrix timoris: nutrix deuotionis: ꝓductrix lachrymarū. Quid ſuȝ ſine ea niſi aridum lignū ⁊ ſtips inutilis ad eijciendū. Tua ergo me dñe gratia ſemper preueniat ⁊ ſequat̄: ac bonis operibus iugiter preſtet eſſe intentuȝ: per ieſuȝ chriſtum filium tuum. Amen.

¶ Quot noſipſos abnegare ⁊ xp̄m imitari debemus p crucē. ¶ Ca. lxj.

FIli quātū a te vales exire: tantuȝ in me poteris tranſire. Sicut nihil foris concupiſcere internā pacem facit: ſic ſe interius relinquere deo cōiungit. Volo te addiſcere perfectā abnegationē tui in volūtate mea ſine cōtradictione ⁊ querela. Sequere me: ego ſum via: veritas ⁊ vita. Sine via nō itur: ſine veritate nō cognoſcit̄: ſine vita nō viuit̄. Ego ſum via quā ſequi debes: veritas cui credere debes: vita quā ſperare debes. Ego ſuȝ via īuiolabilis: veritas infallibilis: vita in interminabilis. Ego ſum via rectiſſima: veritas ſuprema: vita vera: vita beata: vita increata. Si māſeris i via mea cognoſces veritatem: ⁊ veritas liberabit te ⁊ apprehendes vitaȝ eternā. Si vis ad vitā ingredi ſerua mandata. Si vis veritatē cognoſcere crede mihi. Si vis pfectus eſſe: vende omnia. Si vis eſſe diſcipulus meus: abnega temetipſum. Si vis beatā vitam poſſidere preſentem vitaȝ contēne. Si vis exaltari in celo: humilia te in mundo. Si vis regnare mecū: porta crucē mecum. Soli. n. ſerui crucis inueniunt viaȝ beatitudinis ⁊ vere lucis. Dñe ieſu xp̄e qȝ arta eſt via tua ⁊ mūdo dſpecta: dona mihi tecū mūdi dſpectuȝ imitari. Nō. n. maior eſt ſer

uus dño ſuo nec diſcipulu ſup magi-
ſtrū. Exerceat̄ ſeruus tuus i vita tua
q: ibi eſt ſalus mea: ⁊ ſanctitas vera.
Quicqd extra eā lego vl' audio nō me
recreat: nec delectat plene. Fili q: hec
ſcis ⁊ legiſti oīa beatus eris ſi feceris
ea. Qui hꝫ mandata mea ⁊ ſeruat ea:
ipſe eſt q diligit me: ⁊ ego diligā eū: ⁊
manifeſtabo ei meipſuꝫ: ⁊ faciaꝫ eum
cōſedere mecū i regno pr̄is mei. Dñe
igit̄ ſicut dixiſti ⁊ promiſiſti: ſic vtiqꝫ
mihi promereri ꝯtingat. Suſcepi dei
manu tua crucē portabo eam vſqꝫ ad
mortē ſicut īpoſuiſti mihi. Uere vita
boni monachi crux ē: ſꝫ dux paradiſi
inceptū eſt retro abire nō licꝫ. nec reli
quere oꝫ. Eya fratres pgamus ſimul:
ieſus erit nobiſcū. propter ieſuꝫ ſuſce-
pimus hāc crucē: pp ieſuꝫ perſeuere-
mus in cruce. Erit adiutor noſter qui
eſt dux noſter ⁊ p̄ceſſor. En rex nr̄ in
greditur añ nos: qui pugnabit pro no
bis. Sequamur virilit̄: nemo metuat
terrores: ſimus parati mori fortiter in
bello: nec inferamus crimē glorie no-
ſtre ut fugiamus a cruce.

¶ Quot homo nō ſit nimiſ deiectuſ
qñ in aliquos labit̄ defectus. C. lxij.

Fili magis placēt mihi patientia
⁊ humilitaſ in aduerſis q̄ multa
cōſolatio ⁊ deuotio in ꝓſperis. Ut qd
te contriſtat paruū factū contra te di-
ctū? Si amplius fuiſſet cōmoueri nō
debuiſſes: ſꝫ nūc dimitte trāſire: nō ē
primū nec nouū: nec vltimū erit ſi diu
vixeris. Satis virilis es q̄diu nil ob
uiat aduerſi: bene etiaꝫ conſulis: ⁊ ali-
os noſti roborare verbis: ſꝫ cuꝫ ad ia
nuā tuā venit repētina tribulatio deſi
cis conſilio ⁊ robore. Attende magnā
fragilitateꝫ tuam quaꝫ ſepius experi-
ris in modicis obiectis. Tamen pro
ſalute tua iſta fiunt: Cuꝫ hec ⁊ ſimilia
contingunt. Pone ut melius noſti ex
corde: ⁊ ſi te tetigit nō tamen deijciat
nec diu implicet. Ad minus ſuſtine
patienter ſi non poteſ gaudenter. Eti
am ſi minuſ libenter audis ⁊ indigna
tionem ſentis. Reprime te: nec patia-
ris aliquid inordinatuꝫ ex ore tuo exi
re vnde paruuli ſcandaliçentur. Ci-
to conquieſcet commotio excitata et
dolor internus reuerente gratia dul-
corabitur. Adhuc viuo ego dicit do-
minus iuuare te paratus ⁊ ſolito am
plius conſolari ſi confiſus fueris mi-
hi ⁊ deuote inuocaueris. Animequi-
or eſto ⁊ ad maiorem ſuſtinentiam ac
cingere. Non eſt totum fruſtratum ſi
te ſepius percipis tribulatum vel gra
uiter tentatum. Homo es ⁊ nō deus:
caro es ⁊ nō angelus. Quomodo tu
poſſes ſemper in eodem ſtatu virtu-
tis permanere: quādo hoc defuit an-
gelo in celo ⁊ primo homini in para-
diſo: qui non diu ſteterunt? Ego ſum
qui merentes erigo ſoſpitare: ⁊ ſuam
cognoſcētes infirmitatem ad meaꝫ ꝓ
ueo diuinitatem. Domine benedictū
ſit verbum tuum: dulce ſuper mel ⁊ fa-
uum ori meo. Quid facereꝫ in tantis
tribulationibus ⁊ anguſtijs meis niſi
me confortares tuis ſanctis ſermoni-
bus? Dummodo tandem ad portum
ſalutis perueniam: quid cure eſt que
⁊ quanta paſſus fuero? Da finem bo
num: da felicem ex hoc mundo tran-
ſitum. Memento mei deus meus: ⁊

dirige me recto itinere in regnum tu
um. Amen. ¶ De altioribus rebus
⁊ occultis iudicijs dei non ſcrutan-
dis. ¶ Capitulum. lxiij.

FIli caueas diſputarꝫ d altꝫ materijſ
⁊ d occultꝫ dei iudicijs. Cur iſte
ſic relinqtur ⁊ ille ad tātā grāꝫ aſſumi
tur: cur ēt iſte tātū affligitꝫ ⁊ ille tā exi
mie exaltatꝫ. Jſta oēꝫ hūanā facultatē
excedūt: nec ad iueſtigādū iudiciū di
uinū vlla ratio preualet vl̄ diſputatio
Qn̄ ḡ hec tibi ſuggerit inimicus: vel
ēt qdaꝫ curioſi iquirūt hoīes reſpōde
illud ꝓphete. Juſtus es dn̄e ⁊ rectuꝫ
iudiciū tuū. Et illud: Judicia dn̄i ve
ra iuſtificata in ſemetipſa. Judicia
mea metuenda ſunt nō diſcutiēda: qꝛ
humano itellectui ſunt icōpꝛehenſibi
lia. Noli ēt igrere vel diſputarꝫ de me
ritis ſanctoꝝ qs alio ſanctioꝛ aut qs
maioꝛ fuerit i regno celoꝝ. Talia ge-
rāt ſepe lites ⁊ cōtētiones inutiles: nu
triūt quoqꝫ ſupbiaꝫ ⁊ vanā gl'iaꝫ: vn̄
oꝛiūtur inuidie ⁊ diſſenſiōes. dū iſte il-
luꝫ ſanctū ⁊ alius aliū conatꝫ ſuperbe
pꝛeferre. Talia aūt velle ſcire ⁊ inue-
ſtigare: nullū fructuꝫ afferunt: ſꝫ ma-
gis ſanctis diſplicēt: qꝛ nō ſum deus
diſſenſionis ſꝫ pacis: que pax magis
in humilitate vera q̄ꝫ in ꝓpria exalta
tiōe ꝯſiſtit: Quidā celo dilectiōis tra
huntꝫ ad hos vel ad illos amplioꝛi af
fectu: ſed humano potius q̄ꝫ diuino.
Ego ſuꝫ q cūctos cōdidi ſanctos ego
donaui grāꝫ ego p̄ſtiti gl'iaꝫ ego noui
ſinguloꝝ merita: ego p̄ueni eoſ in bn̄
dictiōibus dulcedinis mee: ego p̄ ci-
ui dilectoſ ante ſecula: ego eos eligi d
mūdo nō ipſi me p̄elegerūt: ego vo-
caui ꝑ grām, attraxi ꝑ miſericoꝛdiam
ego ꝑduxi eos ꝑ tētatiōes variaſ: ego
infudi conſolatiōes magnificas: ego
dedi pſeuerātiaꝫ: ego coꝛonaui coꝛuꝫ
patiētiā: ego p̄mū ⁊ nouiſſimū agno
ſco: ego oēs ineſtimabili dilectiōe am
plectoꝛ: ego laudādus ſum in oībus
ſanctis meis: ego ſuꝑ oīa bn̄dicēdus
ſuꝫ ⁊ honoꝛādus in ſingulis quos ſic
glorioſe magnificaui ⁊ p̄deſtinaui ſi-
ne vllis p̄cedentibus ꝓpꝛijs meritis
Qui ḡ vnū d minimis meis contēpſe
rit: nec magnū honoꝛat: qꝛ puſilluꝫ ⁊
magnū ego feci. Et q derogat alicui
ſanctoꝝ derogat mihi ⁊ ceteriſ oībuſ
in regno celoꝝ. Omnes vnuꝫ ſunt ꝑ
charitatis vinculū: idē ſentiūt: idem
volūt ⁊ oēs in vnū ſe diligūt. Adhuc
aūt qd multo altius eſt: plus me q̄ꝫ ſe
⁊ ſua merita diligūt: Naꝫ ſupꝛa ſe ra
pti ⁊ extra ꝓpꝛiaꝫ dilectionē tracti to-
ti in amoꝛē mei ꝑgunt: in quo ⁊ frui
ti ue qeſcūt. Nihil eſt qd eos auertere
poſſit aut dpꝛimerꝫ: qppe q eterna ve
ritate pleni igne ardeſcūt iextinguibi
lis charitatis. Taceāt igitꝫ carnales
⁊ aīales hoīes de ſanctoꝝ ſtatu diſſe
rere: q nō noꝛūt niſi p̄uata gaudia di
ligere. Demūt ⁊ addūt ꝓ ſua inclina
tione: non ꝓut placet eterne veritati.
Jn multis ⁊ ignoꝛātia: eoꝝ maxime
q parū illuminati raro aliquē ꝑfecta
dilectiōe ſpūali diligere noꝛūt. Mul
ti adhuc nālī affectu ⁊ humana ami-
citia ad hos vel ad illos trahūtur ⁊ ſi
cut in iſerioꝛibus ſe hn̄t ita ⁊ de cele-
ſtibus imaginantꝫ. Sed eſt diſtantia
incōparabilis que imꝑfecti cogitant
⁊ que illuminati viri ꝑ reuelationē ſu

pernā ſpeculantur. Caue ergo fili de
iſtis curioſe tractare que tuā ſcientiā
excedūt ſʒ hoc magis ſatage ⁊ itende
vt vel minus i regno dī queas iueniri
Et ſi qſpiā ſciret qs alio ſanctior eſſʒ
vel maior hēret̄ i regno celoꝝ quid
ei hec noticia prodeſſet: niſi ſe ex hac
cognitiōe corā me hūiliaret: ⁊ i maio
rē noīs mei laudē exurgeret: Multo
acceptius deo facit q de peccatorum
ſuoꝝ magnitudie ⁊ virtutū ſuaꝝ par
uitate cogitat: ⁊ ꝙ lōge a ſanctoꝝ pre
fectione diſtat: ꝙ is q de eorū maiori
tate vel prauitate diſputat. Melius ē
ſanctos deuotis ꝑcibus ⁊ lachrymis
exorare ⁊ eoꝝ glorioſa ſuffragia hu
mili mēte iplorare: ꝙ eoꝝ ſecreta va
na iquiſitiōe ꝑſcrutari. Illi bene ⁊ op
time cōtentant̄ ſi hoīes ſcirēt contēta
ri ⁊ vaniloqa ſua cōpeſcere. Nō glo
riant̄ de ꝓprijs meritis qppe qui ſibi
nil bonitatis aſcribūt: ſʒ totum mihi
quoniaʒ ipſis cūcta ex īfinita charita
te mea donaui. Tāto amore diuinitat̄
⁊ gaudio ſupeffluēti replētur vt nihil
eis deſit glorie nihilqʒ poſſit deeſſe fe
licitatis. Oēs ſancti quāto altiores in
g̃lia tāto hūliores i ſeipſis ⁊ mihi vi
ciniores ⁊ dilectōres exiſtūt. Ideoqʒ hēs
ſcriptuʒ qꝛ mittebāt coronas ſuas añ
deū ⁊ ceciderunt i facies ſuas coram
agno ⁊ adorauerunt viuentē i ſecula
ſeculoꝝ. Multi qdē q̃runt qs maior
ſit in regno dei: q ignorāt an cū mini
mis erūt digni cōputari. Magnū eſt
vel minimū eſſe i celo: vbi oēs magni
ſunt qꝛ oēs filij dei vocabūtur ⁊ erūt
Minimus erit in mille: ⁊ peccator cē
tum annoꝝ morietur. Cum .n. quere
rēt diſcipuli quis maior eſſet i regno
celoꝝ: tale audierūt reſpōſum. Niſi
cōuerſi fueritꝭ ⁊ efficiamini ſicut par
uuli nō itrabitis i regnū celoꝝ. Qui
cūqʒ ḡ hūiliauerit ſe ſicut ꝑuulus iſte
hic maior ē i regno celorum. Ve eis
qui cū ꝑuulis humiliare ſe ſpōte dedi
gnātur: qm̄ humilis ianua regni cele
ſtis eos nō admittet itrare. Ve ēt di
uitibus q hn̄t hic cōſolatiōes ſuas: qꝛ
paupibus itrātibus i regnum dei ipſi
ſtabūt foras eiulantes. Gaudete hu
miles ⁊ exultate paupes: qꝛ veſtrū eſt
regnum dei ſi tn̄ i veritate ambulatis.

¶ Quot oīs ſpes ⁊ fiducia in ſolo
deo eſt figenda. ¶ Capitulū. lxiiij.

Domine q̄ eſt fiducia mea quā
in hac vita hēo: aut qd maius
ſolatiū meū ex oībus appentibus ſub
celo: Nōne tu dn̄e deus meus cuius
miſericordie nō ē numerus: Ubi mi
hi bn̄ fuit ſine te: aut qn̄ male eſſe po
tuit ꝑſente te: Malo paup eē ꝓpter
te ꝙ diues ſine te. Eligo potius tecū
in terra pegrinari ꝙ ſine te celuʒ poſſi
dere. Ubi tu ibi celū: atqʒ ibi mors ⁊
īfernus vbi tu nō es. Tu mihi in deſi
derio es: ⁊ idō poſt te gemere ⁊ clama
re ⁊ exorare neceſſe ē. In nullo deni
qʒ poſſuʒ plene cōfidere q i neceſſita
tibus auxilieẗ opportunis niſi i te ſo
lo deo meo. Tu es ſpes mea ⁊ fidu
cia mea: tu cōſolator meus ⁊ fideliſſi
mus in oībus. Oēs que ſua ſunt q̃rūt
tu ſalutē meā ⁊ ꝓfectū meū ſolūmo
do pretendis: ⁊ omnia in bonū mihi
conuertis: etiam ſi varijs tentationi
bus ⁊ aduerſitatibus exponas. Hoc
totum ad vtilitatem meam ordinas:

qui mille modis dilectos tuos proba re cōſueuiſti. In qua ꝓbatiōe nō minus diligi debes ⁊ laudari: q̄ ſi celeſtibus ꝯſolatiōibus me repleres. In te ḡ dn̄e deus pono totā ſpē meaꝫ ⁊ refugiū: in te oēꝫ tribulationē ⁊ anguſtiam meā cōſtituo: qꝛ totū īfirmū ⁊ inſtabile iuenio quicqd extra te conſpicio. Nō.n. ꝓderūt multi amici: neqꝫ fortes auxiliarij adiuuare poterūt: neqꝫ prudētes cōſiliarij reſponſuꝫ vtile dare: neqꝫ liber doctorum cōſolari: nec aliqua p̄cioſa ſubſtātia liberare: nec locus aliquis ſecretus cōtutari ſi tuipſe nō aſſiſtas: iuues: cōfortes conſoleris: inſtruas: ⁊ cuſtodias. Oīa nāqꝫ que ad pacē videntᷣ eſſe ⁊ felicitatē habēdaꝫ: te abſente nihil ſunt nihilqꝫ felicitatis i veritate cōferūt. Finis ergo oīuꝫ bonorū ⁊ altitudo vite ⁊ ꝓfunditas elogorū tu es: ⁊ i te ſup oīa ſperare fortiſſimū ſolatiū ſeruoꝝ tuoꝝ. Ad te ſunt oculi mei: i te confido deus meus mīaruꝫ pater. bn̄dic ⁊ ſanctifica aīaꝫ meā bn̄dictione celeſti: vt fiat habitatō ſancta tua ⁊ ſedes etne glie tue nihilqꝫ i tēplo tue dignitatis inueniatur qd̄ oculos tue maieſtatis offendat. Scd̄m magnitudinē bonitatꝭ tue ⁊ mltitudinē mīſationū tuaꝝ reſpice i me ⁊ exaudi orationeꝫ paupis ſerui tui lōge exultātis i regione vmbre mortis. Protege ⁊ cōſerua aīaꝫ ſuuli tui īter tot diſcrimina vite corruptibilis: ac comitāte gratia tua dirige ꝑ viā pacis ad patriā perpetue claritatis. ¶ Explicit liber tertius

¶ Incipit quartus. ¶ Deuota exhortatio ad ſacrā corporis xp̄i cōmunionē. ¶ Vox xp̄i

Venite ad me oēs qui laboratꝭ ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiā vos dic̄ dn̄s Panis queꝫ ego dabo: caro mea eſt ꝑ mūdi vita. Accipite ⁊ comedite hoc ē corpus meū: qꝺ pro vobis tradetᷣ. Hoc facite in meā cōmemorationē. Qui mādu cat carnē meā ⁊ bibit meū ſanguineꝫ in me manet ⁊ ego in illo. Verba que ego locutus ſuꝫ vob̄ ſpūs ⁊ vita ſunt.

¶ Cum quanta reuerentia xp̄s ſit ſuſcipiendus. ¶ Capitulum. j.

Hec ſunt verba tua xp̄e veritas eterna: q̄uis nō vno tēpore prolata nec vno i loco cōſcripta. Quia ḡ tua ſunt verba gratāter mihi ⁊ fidelitᷣ cuncta ſunt accipiēda. Tua ſunt ⁊ tu ea ꝓtuliſti ⁊ mea quoqꝫ ſunt qꝛ ꝑ ſalute mea edidiſti. Libēter ſuſcipio ea ex ore tuo: vt artius inſerantur cordi meo. Excitāt me verba tante pietatiſ plena dulcedinis ⁊ dilectionis: ſꝫ terrēt me delicta ꝓpria: ⁊ ad capiēda tāta myſteria me reuerberat i pura conſcientia. Prouocat me dulcedo verborū tuoꝝ ſꝫ onerat me multitudo viciorum meoꝝ. Iubes vt fiducialitᷣ ad te accedaꝫ ſi tecū veliꝫ habere partem vt immortalitatis accipiaꝫ alimoniā ſi eternaꝫ cupiā optinere vitaꝫ ⁊ gloriaꝫ Venite inquis ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiā vos. O dulce ⁊ amicabile verbum in aure peccatoris: qꝺ tu dn̄e deuſ meus egenū ⁊ paupem īuitas ad cōmunionē tui ſciſſimi corporꝭ. Sꝫ qs ego ſuꝫ dn̄e vt ad te preſumam accedere?

Ecce celi celorum te non capiunt ⁊ tu
dicis: venite ad me omnes. Quid ſibi
vult iſta piiſſima dignatio ⁊ tā amica
bilis inuitatio? Quō auſus ero venir̄
qui nihil boni mihi cōſcius ſuz? Vn̄
poſſiz preſumere? Quō te itroducaz
in domū meā: q ſepius offendi beni
gniſſimā faciē tuā. Reuerent̄ angeli
⁊ archangeli: metuunt ſancti ⁊ iuſti:
⁊ tu dicis: venite ad me omnes. Niſi
tu dn̄e hoc diceres: qs veruz eſſe cre
deret: ⁊ niſi tu iuberes: qs acceder̄ at
tētaret? Ecce noe vir iuſtus in arche
fabrica cētū ānis laborauit vt cū pau
cis ſaluaret̄: ⁊ ego quō me poto vna
hora p̄parare vt mūdi fabricatorē cū
reuerētia ſumam? Moyſes famulus
tuus magnus ⁊ ſpēal̄ amicus tuus ar
chā ex lignis iputribilibus fecit quaz
⁊ mūdiſſimo veſtiuit auro vt tabulas
legis in eis reponeret: ⁊ ego putrida
creatura audebo te cōditorē legis ac
vite datorē tā facile ſuſcipe. Salomō
ſapiētiſſimus regū iſrael magnificū
tēplū ſeptē annis i laudē nōis tui edi
ficauit: ⁊ octo diebus feſtū dedicatiōis
eius celebrauit mille hoſtias pacificas
obtulit: ⁊ archā federis clāgore buc
cine ⁊ iubilo i locū ſibi p̄paratū ſolēni
ter collocauit: ⁊ ego infelix pauperri
mus hoīz quō te i domū meā intro
ducā: q vix mediā expendere deuote
noui horam: ⁊ vtinā vel ſemel digne
fere mediā? O mi deus quātū illi ad
placēdū tibi agere ſtuduerūt. Heu q̄
puſillū ē q̄d ago: q̄ breue expleo tēpus
cū me ad cōicāduz diſpono: raro to
tus collectus: rariſſime ab oī diſtra
ctiōe purgatus. Et certe i tua ſalutari
deitatis p̄ntia nulla deberet occurrer̄ i
decēs cogitatio: nulla ēt occupar̄ cre
atura: q2 nō angelū ſ3 angeloz dn̄z ſu
ſcepturus ſuz hoſpitō. Eſt tn̄ valde ma
gna diſtātia iter archā federis cū ſuis
reliq̄s: ⁊ mūdiſſimū corpus tuū cuz
ſuis ieffabilibus v̄tutibus: iter legalia
illa ſacrificia futuroz p̄figuratiua: ⁊
verā tui corpis hoſtiā oīuz antiquoz
ſacrificioz cōpletiuā. Quar̄ igit̄ non
magis ad tuā venerabilē iardeſco p̄ſen
tiā: cur nō maiori me p̄paro ſollicitu
dine ad tua ſctā ſumēda: q̄n illi ātiq̄ ſā
cti patriarche ⁊ p̄phete reges quoq3
⁊ p̄ncipes cū vniuerſo pplō tātū deuo
tiōis demōſtrarūt affectū erga cultuz
diuinū? Saltauit deuotiſſimus rex da
uid corā archa dī totis v̄ibus: recolēs
bn̄ficia olī idulta p̄ribus: fecit diuerſi
generis organa pſalmos edidit ⁊ cāta
ri iſtituit: cuz leticia cecinit: ⁊ ip̄e fre
q̄nt̄ i cithara ſp̄ūſ ſcti afflatus gr̄a do
cuit pop̄luz iſrael toto corde deū lau
dar̄ ⁊ ore cōſono diebus ſingl̄is bn̄di
cere ⁊ p̄dicar̄. Si tāta agebat̄ tūc deuo
tio ac diuīe laudis extitit r̄cordatio co
raz archa teſtam̄ti q̄ta nūc mihi ⁊ oī
pop̄lo xp̄iāo h̄nda ē reuerētia ⁊ deuo
tio i p̄ſentia ſacri: i ſūptiōe excellētiſſi
mi corporis xp̄i? Currūt multi ad di
uerſa loca p̄ viſitādis reliq̄s ſancto
rū ⁊ mirant̄ auditis geſtis eoz: āpla
edificia templorum inſpiciunt: ⁊ oſcu
lantur ſericis ⁊ auro inuoluta ſacra
oſſa ipſorū: Et ecce tu preſens es hic
apud me in altari deus meus ſanctus
ſanctorum creator omniū ⁊ dominus
angelorum. Sepe i talibus vidēdis ē
curioſitas hoīz ⁊ nouitas inuiſoz

ꝛ modicus reportat̃ emendatõis fru
ctus: maxime vbi ẽ taz leuis ſine vera
ꝯtritione diſcurſus. Hic autem in ſa-
cramento altaris totuſ preſens es d̃s
meus bõ xp̃s ieſus: vbi ꝛ copioſus p
cipit̃ eterne ſalutis fructus quotienſ-
cũqꝫ fueris digne ac d̃uote ſuſceptus
Ad iſtud vero non trahit leuitas aliq̃
nec curioſitas aut ſenſualitas: ſed fir-
ma fides deuota ſpes ꝛ ſincera chari
tas. O inuiſibilis conditor mundi d̃s
q̃ mirabiliter agis nobiſcũ q̃ ſuauit
ꝛ gratioſe cũ electis tuis diſponis: q-
bus temetipſuz in ſacramẽto ſumẽdũ
ꝓponis. Hoc nãqꝫ oẽm intellectũ ſu
perat: hoc ſpetialiter deuotoꝝ corda
trahit et accendit affectuz. Ipſi. n. ve-
ri fideles tui q̃ totã vitaz ſuaz ad emẽ
dationẽ diſponũt: ex hoc digniſſimo
ſacr̃o magnã deuotionis gratiaz ꝛ vir
tutis amorẽ frequent̃ recipiũt. O am
mirabilis ꝛ abſcõdita gratia ſacramẽ
ti q̃ norũt tm̃ xp̃i fideles: ĩfideles ãt
ꝛ peccatis ſuiẽtes expiri nõ poſſunt:
In hoc ſacramento confert̃ ſpiritua-
lis gratia ꝛ reparat̃ in aĩa virtus amiſ
ſa ꝛ per peccatuz deformata redit pul
chritudo. Tãta ẽ aliqñ hec gratia: vt
ex plenitudine collate deuotionis nõ
tm̃ mens ſꝫ ꝛ debile corpus vires ſi-
bi preſtitas ſentiat ampliores. Dolen
dũ tñ valde ꝛ miſerãdum ſuꝑ tepedi-
tate ꝛ negligentia noſtra: q̃ nõ maio
ri affectu traimur ad xp̃m ſumẽdũ: ĩ
quo tota ſpes ſaluandoꝝ ꝯſiſtit ꝛ me-
ritũ. Ipſe. n. eſt ſanctificatio noſtra ꝛ
redẽptio ipſe conſolatio viatoꝝ ꝛ ſan-
ctoꝝ eterna fruitio. Dolẽdũ itaqꝫ val
de q̃ multi tã paꝝ hoc ſalutare myſte
riũ aduertũt: q̃ celũ letificat ꝛ mũdũ
dũ ꝯſeruat vniuerſuz. Heu cecitas ꝛ
duritia cordis humani: tam ineffabi-
le donũ nõ magis attendere ꝛ ex quo
tidiano vſu etiaz ad inaduertentiã de
fluere. Si. n. hoc ſanctiſſimum sacr̃z
ĩ vno tm̃ celebraret̃ loco ꝛ ab vno tm̃
conſecraret̃ ſacerdote in mũdo: quã-
to putas deſiderio ad illũ locũ ꝛ talez
dei ſacerdotẽ hoĩes afficerẽt̃: ut diui-
na myſteria celebrare audirẽt. Nunc
autez multi facti ſunt ſacerdotes: ꝛ in
multis locis offert̃ xp̃s: ut tanto ma-
ior appareat gr̃a ꝛ dilectõ d̃i ad hoĩez
quãto latius eſt ſacra cõio diffuſa per
orbem. Gratias tibi bone ieſu paſtor
eterne qui nos pauperes ꝛ exules di-
gnatus es p̃cioſo corpore ꝛ ſanguine
tuo reficere: ꝛ ad hec miſteria percipi
enda ẽt ꝓprij oris tui allogo inuitare
dicẽdo. Venite ad me oẽs qui labora
tis ꝛ onerati eſtis: ꝛ ego reficiaz vos.

¶ Quot magna bonitas ꝛ charitas
dei in ſacramento exhibetur homini.

¶ Capitulum ſecunduz.

Super bõitate tua ꝛ magna mi
ſericordia tua d̃ñe cõfiſus acce
do eger ad ſaluatorẽ: eſuriẽs ꝛ ſitiens
ad fontez vite: egenus ad regem celi:
ſeruus ad d̃ñz: creatura ad creatorẽ:
deſolatus ad meũ piũ ꝯſolatorez. Sꝫ
vñ mihi hoc vt venias ad me? Quis
ego ſuz vt preſtes mihi teipſuz? Quõ
audet peccator corã te apparere? Et
quõ tu digiaris ad peccatorem veni-
re? Tu noſti ſeruũ tuũ ꝛ ſcis q nil bo
ni in ſe hꝫ: vnde hoc illi preſtes? Cõ-
fiteor igitur vilitatẽ meaz: agnoſco bo
nitatẽ tuã: laudo pietatẽ: ꝛ gr̃as ago ꝑ

pter nimiaz charitatẽ. Propter teme
tipſuz. n. hoc facis: nõ ꝓpter mea me
rita: vt bonitas tua mihi magis inote
ſcat. charitas amplior igeratur: ⁊ hu-
militas ꝑfectius cõmẽdetur. Quia ergo
tibi hoc placet ⁊ ſic fieri iuſſiſti: placz
⁊ mihi dignatio tua: ⁊ vtinaz iniqtas
mea nõ obſiſtat. O dulciſſime ⁊ beni-
gniſſime ieſu: quãta tibi reuerentia ⁊
gratiaꝝ actio cũ ꝑpetua laude pro ſu-
ſceptiõe ſacri corporis tui debetur. cu
ius dignitatez nullus hoĩuz explicare
potẽs iuenitur. Sz qd cogitabo ĩ hac
cõione: ĩ acceſſu ad dñm meũ quẽ de
bite venerari nequeo ⁊ tñ deuote ſu-
ſcipere deſidero? Quid cogitabo me-
lius ⁊ ſalubrius niſi meipſuz totaliter
humiliãdo corã te ⁊ tuã infinitaz bo-
nitatez exaltãdo ſupra me. Laudo te
deus meus ⁊ exalto in eternũ. Deſpi
cio me: ⁊ ſubijcio tibi in ꝓfunduz vi-
litatis mee. Ecce tu ſanctus ſanctoꝝ
⁊ ego ſordes peccatoꝝ: ⁊ tu iclinas te
ad me: qui nõ ſuz dignus ad te reſpi
cere: Ecce tu venis ad me: tu vis eſſe
mecũ: tu inuitas ad cõuiuiũ tuum: tu
mihi dare vis celeſtẽ cibum: ⁊ panez
angeloꝝ ad mãducanduz: nõ alium
ſane q̃ teipſuz panẽ viuũ: qui de celo
deſcendiſti ⁊ das vitaz mundo. Ecce
vnde dilectio ꝓcedit: qualis dignatio
illuceſcit: q̃ magne gratiaꝝ actiones
⁊ laudes tibi pro his debentur. O q̃
ſalutare ⁊ vtile cõſiliuz tuũ cum iſtud
inſtituiſti q̃ ſuaue ⁊ iocundũ conui-
uium cum teipſum in cibum donaſti.
O q̃ admirabilis operatio tua dñe:
q̃ potens virtus tua: q̃ infallibilis
veritas tua. Dixiſti. n. ⁊ facta ſunt oĩa
⁊ hoc factum eſt q̃ ipſe iuſſiſti. Mi
ra res ⁊ fide digna ac humanũz vin-
cẽs intellectum q̃ tu dñe deus meus
verus deus et homo ſub modica ſpe
cie paniſ et vini integer cõtineris et ſi
ne cõſumptione a ſumẽte mãducaris
Tu dñe vniuerſoꝝ q̃ nullius habes
indigentiã voluiſti ꝑ ſacramẽtuz tuũ
habitare ĩ nobis: cõſerua cor meuz et
corpus meuz imaculatũ vt leta et pu-
ra cõſcientia ſepius valeã tua celebra
re myſteria ⁊ ad meaz ꝑpetuam acci
pere ſalutez: que ad tuũ precipue ho-
norẽ ⁊ memoriale perhẽne ſanxiſti et
inſtituiſti. Letare anima mea ⁊ gra-
tias age deo pro taz nobili munere et
ſolatio ſingulari ĩ hac lachrymaꝝ val
le tibi relicto. Nã quotiẽs hoc myſte
riũ recolis et xp̃i corpus accipis: toti
ens tue redẽptiõis opus agis: et ꝑti-
ceps omniuz meritoꝝ xp̃i efficeris.
Charitas eteniz xp̃i nũq̃ minuit̃: et
magnitudo ꝓpitiatiõis eius nũq̃ ex
haurit̃. Ideo noua ſemꝑ mẽtis reno
uatiõe ad hoc diſponere te debes: et
magnũ ſalutis myſteriũ attẽta cõſide
ratiõe pẽſare. Ita magnũ nouuz ⁊ io
cũdũ tibi videri dz cum celebras: aut
miſſaz audis: ac ſi eodẽ die xp̃s ꝑmũ
in vteꝝ virginis deſcẽdẽs hõ factus
eſſet: aut ĩ crucẽ pro ſalutẽ hoĩuz pate
retur ⁊ moreretur.

## ¶ Quot vtile ſit ſepe communicare. ¶ Capi. iij.

Ecce ego venio ad te dñe vt bñ
mihi ſit ex munere tuo ⁊ letifi-
cer ĩ cõuiuio ſancto tuo: qd paraſti in
dulcedĩe tua pauperi deus. Ecce ĩ te
eſt totũ qd deſiderare poſſuz ⁊ debeo
tu ſalus mea ⁊ redẽptio: ſpes ⁊ forti-

tudo: decus ⁊ glia. Letifica ergo ho-
die animā ſui tui: qm̄ ad te dn̄e ieſu
animā meā leuaui. Deſidero te nunc
d̄uote ac reuerēter ſuſcipere cupio te
in domū meā introducere q̄tenus cū
zacheo merear a te bn̄dici ac inter fi-
lios abrahe computari. Aīa mea cor
pus tuū cōcupiſcit: cor meū tecū vni-
ri deſiderat. Trade te mihi ⁊ ſufficit.
Nā p̄ter te nulla cōſolatio valet: ſine
te eſſe nequeo: ⁊ ſine viſitatiōe tua vi
uere nō valeo. Ideoq3 oz me freq̄uē-
ter ad te accedere ⁊ i remediū ſalutis
mee recipere: ne forte deficiaz in via
ſi fuero celeſti fraudatus alimonia.
Sic eniz tu miſericordiſſime ieſu pre
dicās populis ⁊ varios curās lāguo-
res aliquādo dixiſti. Nolo eos ieiu-
nos dimittere in domū ſuā ne defici
ant in via. Age igitur hoc modo me-
cū q te pro fideliuz cōſolatōe in ſacro
religſti. Tu es eni ſuauis refectio aīe
⁊ qui te digne mādu cauerit p̄ticeps
⁊ heres erit eterne glie. Neceſſariuz
q̄dem mihi eſt qui tam ſepe laboro ⁊
pecco tā cito torpeſco ⁊ deficio: vt p
frequētes oratiōes ⁊ cōfeſſiones ⁊ ſa
crā tui corporis p̄ceptionez me reno-
uē mundez: ⁊ accēdā: ne forte diutiuſ
abſtinēdo a ſancto p̄poſito defluam.
Proni.n. ſunt ſenſus hoīs ad maluz
ab adoleſcētia ſua: ⁊ niſi ſuccurat di-
uina medicina: labit̄ homo mox ad
peiora. Retrahit ḡ ſancta cōmunio a
malo ⁊ cōfortat in bono. Si.n. modo
tā ſepe negligēs ſuz ⁊ tepidus qn̄ cōi-
co aut celebro: q̄d fieret ſi medelā nō
ſumerē ⁊ tā grāde iuuamē nō q̄rerē:
Et licet oī die nō ſim aptus nec ad ce
lebrādū bn̄ diſpoſitus: dabo tn̄ operā
cōgruis tēporibus diuina p̄cipere
myſteria ac tāte gratie p̄ticipem me
exhibere. Naz hec ē vna p̄ncipalis fi
delis aīe cōſolatio q̄ diu peregrinat̄
a te in mortali corpore: vt ſit ſepius me
mor dei ſui: dilectū ſuū deuota ſuſci-
piat mēte. O mira circa nos tue pie-
tatis dignatio q̄ tu dn̄e deus creator
⁊ viuificator oīuz ſpirituū ad pauper
culā dignaris venire aīaz ⁊ cum tota
deitate tua ac humanitate eius īpin-
guare eſuriē. O felix mēs ⁊ beata aīa
que te dn̄z deum ſuū meretur deuote
ſuſcipere ⁊ in tua ſuſceptiōe ſpirituali
gaudio repleri. O q̄ magnū ſuſcipit
dn̄z: q̄ dilectū inducit hoſpitē: q̄ io-
cūdū recipit ſociū: q̄ fidelē acceptat
amicuz: q̄ ſpecioſuz ⁊ nobilez ample
ctitur ſpōſuz: pre oībus dilectis ⁊ ſup
oīa deſiderabilia amāduz. Sileant a
facie tua dulciſſime dilecte meuſ celū
⁊ terra ⁊ oīs ornatus eoꝝ: qm̄ q̄cq̄d
laudis hn̄t ac decoris ex dignatione
tue eſt largitatis: nec ad decorez tui p
ueniēt nominis: cuius ſapientie nō ē
numerus. ¶ Qd̄ multa bona p̄ſtāt
deuote cōmunicātibus. ¶ Capi.iiij.

Domine deus meus p̄ueni ſer
uum tuū i bn̄dictiōibus dulce
dinis tue vt ad tuū magnificū ſacrm̄
digne ac d̄uote merear accedere. Ex
cita cor meuz in te: ⁊ a graui tp̄e exue
me. Viſita me in ſalutari tuo ad gu-
ſtandū in ſpiritu tuā ſuauitatez: q̄ in
hoc ſacramēto tāq̄ in fonte plenarie
latet. Illumina quoq3 oculos meos
ad intuēdū tātū myſteriū: ⁊ ad credē
dū illō idubitata fide me robora. Eſt
n. operatio tua nō hūana potētia tua
ſacra inſtitutio nō hoīs ad inuentio

Nō eniʒ ad hec capiēd. ⁊ intelligenda aliquis idoneus p̄ ſe reperit̄: que angelicā etiaʒ ſubtilitatē trāſcēdunt. Quid ergo ego peccator īdignus terra ⁊ cinis d̄ tā alto ſacro ſecreto potero inueſtigar̄ ⁊ cape: Dn̄e in ſimplicitate cordis: in bona firma fide ⁊ in tua iuſſiōe ad te cū ſpe ⁊ reuerētia accedo ⁊ vere credo q: tu p̄ſēs es hic i ſacro deus ⁊ hō. Vis ḡ vt te ſuſcipiā ⁊ meipſuʒ tibi i charitate vniā. Vn̄ tuā p̄cor clemētiaʒ ⁊ ſpetialē ad hoc iploro mihi donari grāʒ vt totus ē i te liq̄ſiā ⁊ amore p̄fluā atq; de nulla aliena cōſolatōe amplius me itromittā. Eſt. n. hoc altiſſimū ⁊ digniſſimū ſacr̄ʒ ſalu aie ⁊ copis: medicina ois ſpūalis languor̄: i quo vitia mea curāt̄: paſſiōes frenant̄: tētatōes vincūt̄: ac minuūt̄: gr̄a maior ifundit̄: v̄tus icepta auget̄ firmat̄ fides: ſpes roborat̄: ⁊ charitas igneſcit ac dilatat̄. Multa nanq; bona largitus es ⁊ adhuc ſepius largir̄ i ſacro dilect̄ tuis deuote coicātibus d̄s meus ſuſceptor aie mee: repator ifirmitat̄ humane ⁊ totius dator ꝯſolatōis iterne: Nā multā ipſis ꝯſolatōnē aduerſus varias tribulatōes ifundis ⁊ d̄ imo dieccōis ꝑpe ad ſpē tue ꝓtectōis erigis: atq; noua q̄dā gr̄a coſitus recreas ⁊ illuſtras: vt q anxij primū ⁊ ſine affectiōe ſe an̄ cōiōnē ſenſerāt: poſtea r̄fecti cibo potuq; celeſti i melius ſe mutatos iueniāt. Qd idcirco cū elect̄ tuis ita diſpēſant agis ut ḃacit agnoſcāt ⁊ patēt expiāt̄ q̄ nihil ex ſemetipſis hēant: ⁊ qd bonitat̄ ac gr̄e ex te ꝯſequāt̄: q: ex ſemetipſis frigidi duri ac idenoti: ex te āt feruētes alacres ⁊ d̄uoti eē merēt̄. Quis. n. ad fōtē ſuauitat̄ hūilit accedēs n̄ mōicū ſuauitat̄ iñ r̄porat? Aut qs iux̄ igneʒ copioſuʒ ſtās n̄ paꝝ calor̄ iñ ꝑcipit? Et tu fons es ſp plenus ⁊ ſupabūdās ignis iugit ardēs ⁊ nūq̄ d̄ficiēs. Vn̄ ſi mihi n̄ lʒ haurir̄ d̄ plēitudie fōt̄ nec vſq; ad ſatietatē potar̄: apponā tn̄ os meū ad foramē celeſtis fiſtule vt ſaltē ide guttulā modicā capiā ad r̄focillādā ſitiʒ meā vt nō penitus exareſcaʒ. Et ſi needū totus celeſtis ⁊ tā ignitus vt ſeraphin ⁊ cherubin eē poſſuʒ: conabor tn̄ deuotiōi inſiſtere ⁊ cor meū p̄parar̄ vt vl̄ modicā diuini icēdij flāmā ex hūili ſumptōe viuifici ſacri cōgrā. Quicqd āt mihi deeſt bone ieſu ſaluator ſciſſime: tu ꝓ me ſupple benigne ac gratioſe: q oēs ad te dignatus es vocar̄: dicēs. Venite ad me oēs q laborat̄ ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiaʒ vos. Ego qdē laboro i ſudore vultus mei: dolor̄ cordis torq̄or pcis oneror tētatiōibus iqetor: mlt̄ malis paſſiōibus iplicor ⁊ p̄mor ⁊ nō ē q adiuet nō eſt q libet ⁊ ſaluū faciat niſi tu dn̄e d̄s ſaluator meus cui cōmitto me ⁊ oia mea ut me cuſtodias ⁊ pducas i vitaʒ etnā. Suſcipe me i laudē ⁊ gl̄iā nois tui q̄ corpus tuū ⁊ ſāguinē i cibū et potū mihi paraſti. Preſta dn̄e d̄s ſalutar̄ meus vt cū freq̄ntatōe myſterij tui. creſcat mee d̄uotōis affectus.

¶ De dignitate ſacr̄i et ſtatu ſacēdotali. c. v.

Si haberes angelicā puritatē et ſancti ioānis baptiſte ſanctitatē nō eſſes dignus hoc ſacramētū accipere nec tractare. Nō. n. hoc meritis debet̄ hoīum q̄ homo cōſecret et tractet xp̄i ſacramentū et ſumat in cibū panē angelorꝝ. Grāde myſteriū et

magna dignitas ſacerdotum: quibus datū eſt qḋ angelis nō eſt conceſſum. Soli nāq; ſacerdotes in eccleſia rite ordinari poteſtatē habent celebrandi ⁊ corpus xp̄i conſecrandi. Sacerdos q̄dē miſter ē dei ṽtēs ṽbo dei ꝑ iuſſionē ⁊ inſtōnē dei. Deus āt ibi ꝑncipalis eſt auctor ⁊ īuiſibilis oꝑator cui ſubeſt oē qḋ voluerit ⁊ paret oē qḋ iuſſerit. Plus ḡ credere debes deo oīpotenti ī hoc excellētiſſimo ſacr̄o q̄ ꝓprio ſenſui aut alicui ſigno viſibili. Ideoq; cū timore ⁊ reuerentia ad hoc opus ē accedendū. Attende igitur ⁊ vide cuius miniſteriū tibi traditū eſt per īpoſitionē manus epiſcopi. Ecce ſacerdos factus es ⁊ ad celebranduꝫ cōſecratus: vide nūc ut fideliter ⁊ deuote ī ſuo tp̄e deo ſacrificiū offeras ⁊ te ipſum irreprehenſibilem exhibeas. Nō alleuiaſti onus tuū: ſꝫ artiori iaꝫ alligatus es vinculo diſcipline: ⁊ ad maiorem teneris perfectionē ſanctitatis. Sacerdos oībus virtutibus dꝫ eē ornatus: ⁊ aliis bone vite exēplū prebere. Eius ꝯuerſatio nō cū popularibus ⁊ cōibus hominū vijs: ſꝫ cū angelis in celo aut cū perfectis viris in terra. Sacerdos ſacris veſtibus indutus xp̄i vices gerit ut deū pro ſe ⁊ pro oī populo ſuppliciter ⁊ humiliter roget. Hꝫ nāq; ante ſe ⁊ retro dn̄ice crucis ſignū ad memorandū iugiter xp̄i paſſionē. Ante ſe crucem in cauſula portat vt xp̄i veſtigia diligenter inſpiciat ⁊ ſequi ferventer ſtudeat. Poſt ſe cruce ſignatus eſt ut aduerſa quelibet illata ab alijs clementer pro deo toleret. Ante ſe crucē gerit ut propria peccata lugeat. poſt ſe ut alioꝝ etiam commiſſa ꝑ compaſſionem defleat: ⁊ ſe mediū inter deum ⁊ peccatorē ꝯſtitutū eē ſciat: nec ab oratione: nec ab oblatione ſancta torpeſcat: donec gratiā ⁊ miſericordiā īpetrare mereat̄. Qn̄ ſacerdos celebrat: deū honorat angelos letificat: eccleſiā edificat: viuos adiuuat: defunctis requiem preſtat: ⁊ ſeſe omnium bonorum participem efficit.

¶ Interrogatio de exercitio ante cōmunionem. ¶ Capitulum ſextum.

Cum tuā dignitatē dn̄e ⁊ meaꝫ vilitatē penſo: valde cōtremiſco ⁊ in meipſo cōfundor. Si.n. nō accedo: vitā fugito: ⁊ ſi indigne me īgeſſero offenſam incurro. Quid ḡ faciā deus meus auxiliator meus: ⁊ ꝯſiliator in neceſſitatibus? Tu doce me viā rectā ꝓpone breue aliquod exercitiuꝫ ſacre cōioni cōgruū. Utile eſt.n. ſcire q̄liter.ſ. deuote ac reuerent̄ tibi preparare debeā cor meū ad recipiēdū ſalubriter tuū ſacramentū ſeu etiā celebrādum tam magnū ⁊ diuinū ſacrificiū.

¶ De diſcuſſione ꝓp̄e conſcientie ⁊ emendationis propoſito. Cap̄. vij.

Super oīa cū ſumma humilitate cordis ⁊ ſupplici reuerētia cū plena fide ⁊ pia intētione honoris dei ad hoc ſacramētuꝫ: celebrādū: tractādū: ⁊ ſumēduꝫ: oꝫ dei accedere ſacerdotē. Diligenter examina cōſciaꝫ tuā ⁊ ꝑ poſſe tuo vera cōtritione ⁊ humili cōfeſſione eā nuda ⁊ clarifica: ita ut nil graue habeas aut ſcias quod te remordeat ⁊ liberꝝ acceſſuꝫ īpediat. Habeas diſplicētiā oīum peccatoꝝ tuoꝝ in generali: ⁊ pro quotidianis exceſſi

